

*MASTER
NEGATIVE
NO. 92-80467-30*

MICROFILMED 1991

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
“Foundations of Western Civilization Preservation Project”

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

ZANDER, CARL MAGNUS

TITLE:

DE EPANALEPSI HOMERICA
ET HERODOTEA

PLACE:

LUNDAE

DATE:

1871

Master Negative #

92-80467-30

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88HD
Z7

Zander, Carl Magnus, 1845-1923.

De epanalepsi Homericæ et Herodoteæ. Commentatio quam ... p. p. Carolus M. Zander ... Lundæ, typis Ohlssonianis, 1871.

46 p. 22 cm.

Thesis, Lund, 1871.

78071

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm

REDUCTION RATIO: 11X

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB HB

DATE FILMED: 2-28-92

INITIALS M.D.C.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM

Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910




301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

3853
1.20

N 6 11

De Epanalepsi Homerica et Herodotea

Commentatio

quam,

permittente amplissimo Philosophorum Lundensium
Ordine,

pro gradu philosophico

P. P.

Carolus M. Zander,
Phil. Cand., Smol.,

In auditorio I. prid. Kal. Jun. MDCCCLXXI.

H. a. m. X.



Lundæ
Typis Ohlssonianis
MDCCCLXXI.

Parentibus optimis

pie

filius.

Quanti intersit omnium, qui græcis litteris student, in sermonem Homeri diligentius inquirere non opus est dicere, cujus carminibus nihil antiquius, nihil perfectius Græci habuerint. Inde quasi a sancto quodam exemplare repetebant quicquid in illo genere erat præstantissimum. Quo magis mirandum est, inter Homerum et posteriores poëtas epicos et Græcos et Romanos, nisi si quis illum quam maxime imitari studuit, in ipso sermone multum interesse ¹⁾).

Cujus tanti discriminis causæ quæ ab epicæ poësis natura et indole tum ab ipsa ætate qua illa carmina condebantur repetendæ sunt. Natura enim illius poësis id orationis genus tulit, quo omnia plenius et uberius describerentur et quasi ante oculos legentium ponerentur. Inde illa sermonis luxuria, quæ Homeri propria est. Quam tantum abest, ut pro vitio habeamus, ut ad orationis vivacitatem et leporem valde pertineat. Nam quoque hac re summum inter epicos locum Homerum obtinere videmus. Ubi apparet illum consecutum esse quod veri poëtæ epici dixerunt prudentes hujus rei existimatores, ut, divino furore afflatus, narrando non minus ipsi delectaretur, quam alios delectaret. Itaque oratio illius grandis luculenta sedata profluit; omnia cum nativa quadam simplicitate et lepore narrantur, ut ab unoquoque statim perspiciantur, unumquemque moveant. Hoc vero ipsum easdem vel similes voces iterar-

¹⁾ Cf. Godofr. Herm. de iteratis apud Homerum p. 1.

quantum afferat orationi suavitate ubique apparet et profecto adhibentur ea artificia, apud posteriores varie usitata, quibus aures eorum qui audiunt quasi permulceantur. Ut primo quoque loco binorum vel plurium versuum idem sonus sæpe repetitur. Cf. *o* 66, 67, *v* 230, 231, ξ 55-58, *o* 195, α 72-75, δ 184, 185, 223 sqq., 270 sqq., 387 sqq. ¹⁾, sexcenta alia. Sæpe etiam sine anaphora hoc fit vel ita, ut verba quæ similes sonos efficiant continentur, ut *Y* 316, 317, *v* 456, β 121, ξ 101, ζ 326, δ 754 *κάλου κεκακωμένον*, *e* 155, γ 270, *τιν δ'έθελον έθελουσαν*, *e* 97, 263 ²⁾. Deinde quum usus litterarum neque antiquissimis poetis neque Homero cognitus esset, quod multi et scriptores et res testantur, apertum est carmina Homerica ad audiendum, non ad legendum facta esse. Illa autem quum primo tempore memoriter recitata, non conscripta aut lecta esse constat, orationem remissius et liberius profluere et quandam vulgaris loquendi usus similitudinem multis locis habere necesse est.

Itaque sæpissime sine ulla verborum artificiosa varietate, similibus vocibus et locutionibus repetitis orationem conformat. Atque, ut posteriores artioribus vinculis sententias adstringebant, ita Homerus remotiores verborum connectendorum causas refugiens cum proximis verbisque ad proxima accommodatis omnia connectit et primaria primariis addere mavult quam secundaria primariis subungere et cum orationis cursum, quo multa ex uno verbo penderent evitans, orationem fere ita instituit, ut intra suum quidque complexum haberet, quæ ad id intelligendum necessaria essent. Accedit quod Homerus orationem, quo numerosior fieret, multis locis ita conformavit, ut singulæ sententiæ sin-

¹⁾ Majoribus litteris Odysseæ, minoribus Iliadis carmina signantur.

²⁾ Multa hujus rei exempla collegit Becker. Hom. Blätter p. 185.

gulis versibus concluderentur, quo efficitur ut pluribus versibus quod commune sit, id in omnibus repetatur ⁴⁾.

Quæ cum ita sint, non mirum, si repetitiones adeo crebræ sunt apud Homerum, ut ad illius sermonem formandum nihil sit quod plus valeat.

Hæ autem repetitiones et natura sua et causis multum inter se differunt, aliæ in rebus et sententiis iteratis, aliæ in ipso ordine et structura verborum positæ.

De illo genere, ut de rebus quæ per ipsum rerum narrandarum ordinem sæpius redeunt, ut *δούπησεν δέ πρῶτων ἀράβησε δέ τεύχε' επ' αὐτῶν*, de mandatis iisdem verbis perlatis, de rebus aliunde illatis vel imitando ex uno in alterum carmen translatis, quoniam et Godofredus Hermannus ⁵⁾ et alii multa attulerunt et hoc totum a proposito nostro abhorret, non est quod in hac commentatiuncula disputemus. Quamobrem, quum multa genera sint quæ et ipso sono verborum et ordine et structura contineantur, ad epinalepsin considerandam potissimum nos transferemus.

De Homero hæc hactenus præfari volui. Restat ut paucis dicam cur Herodotum cum Homero conjunxerim.

Quicumque in utroque legendo vel mediocriter versatus est, eum vix fugit, miram esse illorum in oratione conformanda similitudinem. Nam apud utrumque oratio leniter fuse solute profluit, omnia plene et illustre et cum luxuriosa quadam verborum abundantia ⁶⁾, nihil presse, nihil incitate, nihil obscure narratur. Hac in re Herodotus quam et a Thucydide discrepet et quam Homeri sit similis quis non videt? Quo in genere multa esse ubi consilium quoddam scriptoris eluceat, tantum abest ut ne-

⁴⁾ Ita laxiorem orationem fieri jam disputavit Godofr. Herm. De iteratis ap. Homerum p. 4.

⁵⁾ Libro 1.

⁶⁾ Cf. Wendt de oratione Herodoti progs. Stettin 1856 p. 1. et p. 1.

gem ut Melandro vehementer adsentiar ⁷⁾ apparere Herodotum studuisse — id quod egregie consecutus est — ut oratio simplex esset et jucunda.

Sed hæc similitudo unde orta sit ut penitus perspicias, necesse est considerare, quo tempore Herodotus rerum gestarum memoriam litteris mandabat, quæ fuerit illius artis conditio.

Atque constat historiæ initia epicæ poësi maxime conjuncta vel potius inde repetenda esse, et Homerum in epica poësi et in historia Herodotum antiquissimos esse, non quo in iis sint ipsa initia et quasi incunabula epicæ poësis et historiæ, sed apud eos primos vera ars enituit ⁸⁾ et quæ a nullo postea superata sit. Apud hunc autem, etiamsi et rebus et oratione primus rerum scriptor vere dici potest, non potuit fieri quin originis unde orta est historia multa vestigia superessent, atque in rebus narrandis multa essent fabulosa et quæ poësis potius quam historiæ viderentur, in oratione epica quædam luxuria et loquacitas.

Inde etiam illud solutum et remissum scribendi genus, quod apud alium prosæ orationis scriptorem vix inveneris. Qua re Cicero adductus videtur, ut Herodotum numero nisi quando temere et fortuito carere diceret (Or. 55. 186. cf. 65. 219). Sed verius Quintilianus (IX. 4. 18): in Herodoto vero quum omnia leniter fluunt, tum ipsa *διὰ λέκτος* habet eam jucunditatem ut latentes etiam numeros complexa videatur.

Certe id veritatis in Ciceronis verbis inest quod a posteriorum scriptorum artificiosa verborum comprehensione qua id studebant, ut oratio quam maxime numerose cade-

⁷⁾ De Anacoluthis Herodot. pp. 2 et 3.

⁸⁾ Cf. de Herodoto Cic. Or. 12, 39. "primis ab his (Herodoto et Thucydide) historia commota est, ut auferent uberior quam superiores (logographi) et ornatius dicere".

ret, Herodotus ut nascente prosa oratione aliquantum recedit. Nam medium quendam locum inter epicos et scriptores atticos obtinet, ut recte observavit Wendt. l. c.

Qui quum horridam superiorum ⁹⁾ et præfractam orationem aspernaretur, variis usus est verborum repetitionibus quo sententiæ magis structæ et terminatæ fierent, et epica quadam ubertate adhibita orationem pleniorum effecit.

Accedit quod opera Herodoti eo quoque consilio conscripta sunt ut recitarentur ¹⁾. Quamobrem non mirum si id studuit, ut oratio quam maxime facilis et expedita proflueret, et iis qui audiebant omnia cum maxima perspicuitate exponerentur. Inde etiam factum est, ut in verborum constructione liberiore quadam frueretur licentia multaque ex quotidiano sermone et consuetudine sumeret. Itaque a ratione construendi, quam *λέξιν εἰρημένην* dicunt, vel sermone, qui solutis atque diffluentibus numeris progrediebatur et artificiosa verborum structura atque concinnitate carebat, non omnino abhorret ²⁾.

Quæ cum ita sint, haud temere factum videatur si quis Homerum et Herodotum comparare instituat. In nulla autem re magis inter se congruunt quam in verborum repetitionibus, quamobrem hæc quasi prima offeruntur ad comparandum.

Sed quum Herodoteis tum Homericis studiis quoniam tot tantique et antiquæ et recentioris ætatis homines se dederunt, pæne deterritus sum, ne quid de his rebus proferre conarer, quod et majoris audaciæ et quodammodo supervacaneum videretur, nisi quis a doctrina et litterarum cognitione egregie instructus ad illam operam accederet. Sed si minus profecero, spero fore ut ipsa res mihi sit excusa-

⁹⁾ De his cf. Bernhardt "Wissenschaftl. Syntax" p. 451.

¹⁾ Cf. Abicht. Einleit. ad Herodot., Melander l. l. p. 2 et quos ibi affert auctores.

²⁾ De hac re cf. Bernh. "Wissensch. Syntax" p. 452.

tioni, quæ et majoris laboris et longioris temporis sit quam mihi in illa consumere licuerit.

Has maxime secutus sum editiones:

Hom. Carmina ed. G. Dindorf, L. 1866.

Hom. Odyssee erklärt von Dr K. F. Ameis 3. Ausg. L. 1865.

Hom. Ilias Ges. I-VI. Ejusd. editio.

Hom. Ilias erkl. v. H. Düntzer, Paderborn 1866.

Herodot, erklärt v. K. W. Krüger Berl. 1855-1856.

Herodotos erkl. v. K. Abicht L. 1861-1865.

Herodotos erkl. v. Lhardy L. I-IV. L. 1850.

Præterea adii editiones Homericas Bekkeri, Spitzneri, Clarkii et Ernestii; Herodoteam Schweighäuseri.

Grammaticos consului Kruegerum, Thierschium, Matthiæum, Bernhardyum.

Ceteri libri, quos consului, suo quisque loco commemorantur.

Supra jam diximus et Homeri et Herodoti orationem multis modis abundare. Cujus abundantiae unum genus epianalepsin, vel eam sermonis redundantiam qua in eadem sententia præsertim post verba interjecta superiora iterantur, tractare nobis proposuimus. Tamen, ut illius vim et naturam diligentius exploremus, necesse erit cetera quæ similia vel conjuncta sunt breviter percurrere, atque considerare quomodo distinguantur et qua ratione cohæreant.

Atque primum pleonasmî permulta apud utrumque exempla sunt. Ut substantivum vel alia locutio excipitur enuntiatione quæ idem sonat Od. γ 307-308, *Πατρογονῆα ὃ οἱ παντέρᾳ κλυτὸν ἔκτα β 65-66, περικτίονες ἄνδρες οἱ περιναϊετάωσι*. Rarius apud Herodotum ut 1. 79; 8. 4, *ἄς — οἱ παρὰ δόξαν εἶχε ἢ ὡς αὐτὸς κατεδόκει*.

Eadem redundantia alia locutione efficitur ut Her. τῆς αὐτῆς ἡμέρης συμπιπτοῦσης, ubi Krueger αὐτῆς remotum vult, sine necessitate, si quidem retinendum est 2. 79, *συμφέρεταν αὐτὸς εἶναι*. 6. 39 *ἀπὸ πασέων τῶν πόλεων οἱ δυναστεύοντες πάντοθεν*. Hoc loco haud scio an defendatur Her. 7. 26 *ἐν τῇ καὶ ὁ τοῦ Σιληνοῦ Μαρσίεω ἀσζὸς ἐν τῇ πόλι ἀνακρέμαται* ubi ἐν τῇ πόλι delevit Valcken, interclusit Ab., retinuit Kr.

3. 98 *Πρὸς ἡῶ καὶ ἡλίον ἀνατολάς*; recte contulit Ab. Homericum illud *πρὸς ἡῶ τ'ἡλίον τε* (ita 5. 49 *θυμῶ βοιωμένοισι* simillimum est Homeri *ἦθελε θυμῶ*). Her. 6. 57. *πρῶτον ἄρχεσθαι* cf. β 334, *μᾶλλον ὀφέλλειν*.

Pars compositi iteratur ut Her. 4. 90 *ἀναπλώουσι ἀνὰ τὸν ποταμόν*.

4. 107 ἐπ' ὧν τὰς ἐπωνυμίας cf. 1. 14.

1. 189 κατέτεινε σχοινοτενέας.

γ 472 οἶνον οἶνοχοεῖντες.

ε 270 πλέειν ποτολορεύων.

Affirmativa locutio et negativa quarum est eadem sententia conjunguntur.

A 416 μιννθά περ οὔτι μάλα δήγ.

γ 133 μάψ — ἀτάρ οὐ κατὰ κόσμον.

Her. 7. 4 ἀνάμιξ οὐ διακεκοιμένοι.

9. 39 ἀφειδέως οὐ φειδόμενοι.

Verbum finitum in eadem enuntiatione repetitur participio abundanti vel ejusdem verbi vel similis ³⁾. Cujus rei magna exemplorum congeries quum ex Homero tum maxime ex Herodoto colligi posset nisi hoc et minus necessarium esset et a proposito alienum.

Ut sæpe apud Herodotum ἔλεγε φάσ, ἔφη λέγων, ἔλεγον φράμενοι 5. 18; 6. 34, ἴοντες ἦσαν.

Mirum est hoc Herodoti 4. 36, τὸν γὰρ περὶ Ἀβάρτος λόγον τοῦ λεγομένου εἶναι Ὑπερβόρεω οὐ λέγω, λέγων ὡς τὸν οἰστὸν περιέφερε cet. λέγων ferri non potest. λέγων in repetitione ponitur illud quidem ut 4. 65, ἐπιλέγει — λέγοντες. Sed οὐ λέγω quod est silentio prætermitto, repeti non potest participio λέγων. Minus mihi placet Kr. qui λέγων censet esse delendum. Optime Schweighäuser, quem secutus est Abichtius, ad legendum proposuit λέγοντα. Hoc enim valde commendatur loco quod est IX. 122 λόγον τὸν ἐκεῖνοι προσήρριζαν λέγοντα τάδε. Frequentissima est hæc repetitio ubi adverbium vel similis locutio participio additur, quam verbo finito additam exspectabamus, ut multis locis apud Herodotum λέγουσι οὐκ ὀρθῶς λέγοντες pro λέγουσι οὐκ ὀρθῶς. 1. 68 συνεβάλλετο τὸν Ὀρέστην τούτων εἶναι τῆδε συμβαλλόμενος. Quo referri debet 1. 27, νησιώτας δέ τι δο-

³⁾ De hac re Matth. Gr. Gr. §. 558 Bernh. 1. 1. p. 435. Wendt 1. 1. p. 2.

κείεις εὔχεσθαι ἄλλο ἢ ἐπειτε ἐπέθοντο — λαβεῖν ἀράμενοι, ubi negligentius structura fracta scriptum est ἀράμενοι quasi præcederet δοκέουσι ⁴⁾).

Huc etiam referri debet Her. 2 111 ἀναβλέψαντα δὲ συναγαγεῖν τὰς γυναῖκας — ἐς μίαν πόλιν ἢ — ἐς ταύτην συναλίσσαντα ὑποπρῆσαι πᾶσας, quam Melander (p. 49) epanalepsin esse putat. φ 301-302 ὁ δὲ φρέσιν ἦσιν ἀασθεῖς — ἦμεν ἄτην φέρων ἀεσίφρονι θυμῷ.

ν 353-354, γήθησεν — χαίρων τῇ γαίῃ.

β 368, ἀλλὰ μὲν' αὐτὸν ἐπὶ σοῖσι καθήμενος, ubi ἐπὶ σοῖσι ad partic. καθήμενος referri debent.

Haud dissimilis, etiamsi pleonasmus proprie dici non potest, est repetitio usitatissima, ubi scriptor quum duæ vel plures res de eodem narrantur proximo verbo participiali forma repetita transitum parat ad ea quæ sequuntur, ut γ 309-310, ἔκτα — ἦτοι ὁ τὸν κτεῖνας cet. Her. 4. 61; ἔπειτα ἐσβάλλουσι ἐς λέβητας — ἐς τούτους ἐσβάλλοντες, 4. 144 γενόμενος δὲ ἐπέθετο, πεθόμενος δὲ ἔφη, 5. 25 ἐνέτεινε — ἐπτανήσας δὲ, 6. 61; 7. 119; 1. 73; 102 cet.

Permulta similia sunt apud et Homerum et Herodotum.

Hac enim communi lege usi sunt, ut repetitis quæ jam dicta sunt, nova adderentur. Qui usus quam late pateat ut intelligamus, liceat nonnulla hujus generis breviter percurrere, præsertim quum sæpe cum epanalepsi conjuncta sint.

Ut quum duæ vel plures res de eodem dicuntur apud Homerum sæpissime articulus, interdum substantivum iteratum primo quoque enuntiationum loco poni solet ⁵⁾, ut α 144-146, γ 28; 298 sqq., ξ 77, ω 250 A 287, B 433, I' 193, Θ 257 ⁶⁾ de prima persona A 353, (τοῦ γάρ) et pronomina personalia ut ἔγω δέ ν 205-206.

⁴⁾ Ita Melander l. 1. p. 16, Wendt p. 22.

⁵⁾ Cf. Bernhardt l. c. p. 310.

⁶⁾ Contrarium est quod sæpe fit, ut pronomem in sequenti

Apud Homerum non solum articulus (ut est apud Krueg. Di 50. 1. 10) ita ponitur sed etiam οὗτος eadem significatione ut *Δ* 415-417, *τούτῳ μὲν μέγα κίθος — τούτῳ δ' αὖ πένθος*.

Eodem modo apud Herodotum οὗτος sæpius ut 7. 5, *οὗτος μὲν ὁ λόγος ἦν τιμωρός τούτου δὲ τοῦ λόγου παρενθήκη ποιέεσκε τὸ τοιῆδε*. 4. 5, *ὡς δὲ Σκύθαι λέγουσι νεώτατον πάντων εἶναι τὸ σφέτερον τοῦτο δὲ γενέσθαι ὤδε*. Talibus locis epanalepsis interdum oritur ubi nomen quod subiectum est duarum enuntiationum articulo repetito iteratur; ut *β* 51 *τῶν ἀνδρῶν φίλοι υἱες οἱ ἐνθάδε εἰσὶ ἄριστοι — οἱ μὲν — ἀπεργίγασιν — οἱ δ' εἰλυπινάζονται*. Ameisius, qui *οἱ μὲν — οἱ δὲ* relativa putare videtur, contulit *ψ* 229. Sed relativa in asyndeto solo, ut *β* 133 *ἢ μ' ἔτεκ' ἢ μ' ἔτρεφ'*, non cum particulis disjunctivis aut copulativis repetuntur. Tum aut ea est constructio quæ *β* 54, *ὃ δ' ἐθέλοι καὶ οἱ κεχαρισμένος ἔλθοι* aut quæ *β* 224-225, *ὅς γὰρ — καὶ οἱ*. — Quamobrem *οἱ μὲν — οἱ δὲ* nihil est nisi articulus additis *μὲν* et *δὲ* repetitus. Cf. Herodot. 2. 129. 1. *τῆ τὰ μὲν τοῦ πατρὸς ἔργα ἀπαεῖν τὸν δὲ ἀνοῖξαι*, ubi *τὸν δὲ* demonstrativum est quamquam expectabamus relativum. Kr. recte contulit Di. 50. 1. 10.

Ibi quoque articulus vel pronomen personale, apud Herodotum etiam οὗτος, ita ponitur ubi præcedentis enuntiationis subiectum in verbo latet. Primum hoc fit in sententiis quæ conflata sunt membris pari gradu positis, cujus rei exempla non opus est afferre quum ubique reperiantur, ut in protasi duorum membrorum *μ* 53-55, *εἰ δὲ — οἱ δὲ — τότε οἴτος* in poderiri membro Her. 6. 107 *τοῦτο μὲν — ἀπέβησε — τοῦτο δὲ — ὤρμισε οὗτος*.

Abichtius quum in adnotatione ad Herod. 8. 40, *τῶν μὲν εἶρον οὐδὲν ἔόν οἱ δὲ ἐπενθάνετο* de causa locutionis quæ est *ὁδὲ* in apodosi adhibita disputavit, *ὁδὲ* ita poni, sententia omittatur, etiamsi id positum expectes, ut primæ personæ *ν* 14 tertiæ pers. *ν* 424, *ξ* 143, cf. *ο* 7, *υ* 85.

quod quum duæ actiones vel cogitationes ejusdem opponantur subiectum et ipsum sibi apponatur, hoc minus recte videtur dixisse. Huic enim explicandi rationi primum id objici potest talibus locis ut sæpe alibi particulas *μὲν* et *δὲ* vel solum *δὲ* alia addendi, non opponendi vim habere, ut IV. 145 *ὡς εἴησαν μὲν Μινύαι, παῖδες δὲ εἶεν τῶν ἐν τῇ Ἀργοῖ πλείωνων*, ubi posteriori enuntiatione non modo nihil opponitur sed fere idem atque priori narratur. Deinde si quis *μὲν* et *δὲ* ad unam vocem semper referat, videat ne in multis errores incidat. Sæpe enim hæ particulae voci ita adjiciuntur, ut ad totam enuntiationem referantur. Ut *γ* 291 *ἐνθα διατριψας τὰς μὲν Κορήτην ἐπέλασσαν*; *ν*. 298 est alterum membrum *ἔστι δὲ τις*. Falso interpretaretur qui *μὲν* ad *τὰς* referret, quasi scriptum esset *τὰς μὲν διατριψας τὰς δ' οὐ*. Sententiæ autem necessitate cogimur *μὲν* ad totam enuntiationem referre, quod membrum ita ab illo distinguitur. Nimis argutum denique videtur putare in simplice narratione idem sibi opponi posse. Immo vero *ὁ δὲ* in apodosi est laxitatis, qua apud Homerum et Herodotum sententiæ connectuntur, ut omnia soluta sint atque ad singulas enuntiationes intelligendas nexus verborum minus valeat quam apud posteriores. Quo factum est, ut quæ binarum vel plurium enuntiationum communes essent notiones eæ in posterioribus etiam voce insignirentur.

Semper in posteriori membro adhortationis hæ constructio adhibetur ut *β* 281-287, Her. 5. 24: *Μίλητον μὲν ἔα, σὺ δὲ μοι ἐπόμενος ἔχε*.

Homerici sermonis est usus articuli vel pronominis personalis cum addita particula *γε*¹⁾, quo eadem repeti-

¹⁾ Nusquam apud Herodotum nisi duobus locis 2. 173. 2; 7. 10. 8 (cf. K. ad h. l. et Gr. Gr. Di. 69. 15. 1.) ubi liberima structura scripsit: *ἀκούσεσθαι τινὰ φημι — Μαρόδιον — ἐπὶ κινῶν τε καὶ ὀρνίθων διαφορευμένον ἢ κὼν ἐν γῆ τῇ Ἀθηναίων ἢ σέ γε ἐν τῇ Λακεδαιμονίῳ*. Quæ epanalep-

tio fit cujus supra mentionem feci. Nam subjectum ita repetitur ubi membra primaria sunt, et in posteriori membro adjuncto, ut γ 467-468 ἐκ ῥ' ἀσαμίνθου βῆ παρ' δ' ὄγε Νέστορ' ἰὼν κατ' ἀρ' ἔξετο, *A* 96, *A* 318-20, οὐδ' Ἀγαμέμνων λῆγ' ἔριδος ἀλλ' ὄγε προσέειπε; et in utroque membro ut ν 254, Φ 453-455. Contra, quum μ duæ enuntiationes secundariæ particulis disjunctivis connectantur, ὄγε ponitur in priori ut δ 109-10, οὐδέ οἱ ἴδμεν ζῶει ὄγ' ἢ τέθνηκε cf. δ 789-790, β 132, γ 90-91 cet. Idem nonnumquam fit cum epanalepsi ut *A* 65, Φοῖβος Ἀπόλλων εἴτ' ἄρ' ὄγ' ἐχθολῆς ἐπιμέμερται εἰθ' ἐκατόμβης. Ubi enuntiationes tres sunt, ὄγε secundo loco est, ut ἢ τις ἐκ Πέλου ἄξειν ἢ ὄγε καὶ Σπάρτηθεν ἦε καὶ — cet.

In epanalepsi eadem locutione subjectum redintegratur δ 5-8 τὴν μὲν — πέμπων — τὴν ἄρ' ὄγ' Ἰπποισι καὶ ἀρμασι πέμπτε νέεσθαι, β 24, 187, simile est β 224. cet.

In transitu commemorare liceat ὄγε poni solere aut cum articulo, ut *I* 189, δ 189, sæpissime, aut, ubi articulo non adjicitur, pro relativo ut δ 526, in membris disjunctivis post εἴτε — εἴτε, ἢ — ἢ *E* 672-3, *I*' 409 (cf. quæ supra diximus), participio additum γ 217, *K* 392, cet., nonnumquam aliis locis ubi subjectum respicit proximæ enuntiationis, præsertim cum negandi particula, *M* 406, χώρησεν δ' ἄρα τυτθὸν ἐπάλξιός οὐδ' ὄγε πάμπαν χάξει' — vel cum adversativa Φ 580, οὐκ ἔθελεν φέρειν ἀλλ' ὄγ' ἄρ' ἀσπίδα πρόσθ' ἔσχετο.

Ut supra vidimus in sententiarum membris copulativis disjunctivis adversativis, nomen vel pronomen quod est in protasi temporali aut conditionali aut relativa sive subjectum est sive non est protasis in apodosi iteratur.

Apud Herodotum, si protasis est relativa, huic relativo in apodosi οὗτος respondet.

sis inde orta videtur, quod Artabanus postquam hanc sententiam orsus est, ad Mardonium, quo præsentem hæc dicebat, versum esse. Cum δέ sæpius ut σέ δέ γε 7. 103.

Ap. Homerum γ 388-390, δ 120-121, *A* 57-58 ν 272, cet cf. Thiersch § 284.

Herodot 3. 108, ἐπεὶν ὁ σκύριος ἀρχηται διακινεόμενος ὁ δὲ ἔχων ἦν γας ἀμύσσει τὰς μήτρας.

4. 172 ἦν δὲ μὴ ἔχουσι, οἱ δέ — 6. 10. 20; 4. 61; 65 cet 6. 16 ὅσοισι δὲ τῶν Χίων οὔτοι δέ.

5. 73 εἰ μὲν βασιλεῖ διδοῦσι ὁ δὲ συνετίθει cet.

3. 133 ὅσον μὲν ὦν χρόνον ἦν ἐλάσσον ἢ δὲ ἔφραζε οὐδενί. De hac re cf. Kr. Di. 50. 1. 11.

Et non solum articulus vel pronomina personalia vel demonstrativa sed etiam nomina ita ponuntur ut redundant, si non constructione, at ad sententiam supervacanea sint, ut τίς *B* 354-355, τῆ μὴ τις πρὶν ἐπιγέσθω οἰκόνδε νέεσθαι πρὶν τινα παρ' Τρώων ἀλόχῳ κατακοιμηθῆναι, multa alia.

Herodotus 2. 48 χοῖρον σφάξας ἕλαστος διδοὶ ἀποφρέσθαι τὸν χοῖρον, 2. 135, Ροδῶπις δὲ ἐς Αἰγίνην ἀπίκατο, Ξάνθεω κομίσαντός μιν, ubi non recte Ab. contra codd. μιν uncinis interclusit delevit Kr., nam hoc loco non magis quam 2. 48, offendi debemus repetitione objecti quod participio et verbo finito commune est (cf. præterea III. 74, ὑποδεχομένου δὲ τοῦ Πηγεῖας περὶ ὡς ἀπέπεισάν μιν).

1. 126 βουλομένοισι μὲν ἐμέο πείθεσθαι — μὴ βουλομένοισι δὲ ἐμέο πείθεσθαι. 2. 1 Κύρος αὐτὸς τε μέγα πένθος ἐποίησατο καὶ τοῖς ἄλλοισι προεῖπε πᾶσι μέγα πένθος ποιέεσθαι.

Recte retinuit Lhardyus μέγα π. ποιέεσθαι quod remotum voluerunt Kr. et Ab. Wendtius etiam (l. l. p. 4.) illud retinendum censuit.

Porro verba quæ cum binis vel pluribus subjectis vel objectis posita expectes, singulis adduntur.

Ω 688 γνώη σ' Ἀτρείδης γνώωσι δὲ πάντες Ἀχαιοί, Ψ 719-720, ε 234-236, λ 236-237 ἢ φάτο Σαλμωνῆος ἀμύμονος ἔχρονος εἶναι — φη δὲ Κορηῆος γονῆ ἐμμεναι Ἀιολίδας cf. Υ 240-241. Verbum quum ita repetitur pri-

mum obtinet enuntiationis locum, ita chiasmus quidam sæpe efficitur ut *B* 838; 871, *Z* 192-193, *A* 490-491.

Cf. *Her.* 4. 139; 5. 24; 6. 53; 7. 135; 7. 15; 4. 168. Cum duobus participiis 6: 79, *ἐξεκάλεε πέμπων — ἐξεκάλεε δὲ γὰς*. Ut jam vidimus, talibus locis δὲ ut nota repetitionis adhiberi solet. Hoc quum apud utrumque pervulgatissimum tum apud Herodotum ubi ad rem plenius describendam vel accuratius definiendam aliquid adjicitur, ut 5. 118, *Ἀριστόξενος ὁ Φιλοκύπρον — Φιλοκύπρον δὲ* *) *τόντων ὅς* — *cet.* 7. 121, *ἐν Θέρμη — Θέρμη δὲ τῇ ἐν τῷ Θερμαίῳ κόλπῳ* 9. 73; 7. 80; 9. 93 *); 3. 111.

Huic repetitioni sæpissime conjuncta est anaphora, cujus exemplum est *γ* 138; præsertim præpositionum ut *α* 66. Quam non recte Ameisius epanalepsin vocavit (cf. quæ diximus p. 15 et 16). *Kr.* de hac re *Di.* 68. 47. 3; 59. 1. 2 (1. 59. 301). Hac re *Homerus* id maxime studuit ut oratio et majorem vivacitatem consequeretur et numerosius caderet. Apud *Herodotum* etiam hoc concinnitatis studium apparet 3. 14, *δακρύειν μὲν Κροῖσον, δακρύειν δὲ Περσέων* — 8. 89, *ἀπὸ μὲν ἔθανε Ἀρίαβάγγης, ἀπὸ δὲ ἄλλοι πολλοί* cf. 1. 46; 3. 126, 81; 5. 23; 1. 137; 64. Sed hoc quum pervulgatissimum sit non opus est exemplis illustrare *).

Eadem causa, quamquam ibi majus elucet oratorium quoddam studium et contentio, profectæ videntur repetitiones ubi sine ulla adjuncta particula voces iisdem excipiuntur vel paucis interjectis iterantur. Præter quattuor locos *A*

*) Abichtius minus accurate eam repetitionem vocavit epanalepsin. Nam abundantia est illa quidem, redundantia non est.

*) δὲ his locis explicativam vim habet cf. *Ab.* ad. 7. 8. *II.* et 4. 145, *προσσχόντας δὲ τούτους ἐς Ἀθῆνας φεῦσαι σφέας*.

1) Hujus usus apud posteriores vestigia interdum reperiuntur, ut *Dem.* *περὶ παραπροσβείας* §. 10 *προσιῶν μὲν τῇ βουλῇ, προσιῶν δὲ τῷ δήμῳ*. Nonnulla exempla collegit *Stallbaum.* ad *Plat. Phil.* p. 29 C.

266, *Y* 371-372, *Ψ* 641, *X* 127, hunc in modum semper ponuntur nomina propria.

De hac re *Homeri* propria *Kr.* *Di.* 57. 9. 1 et *Am.* ad *B* 671 *).

Primum placet afferre exemplum *Olyssiæ α* 23 *Αἰθίοπας*.

Cetera sunt in *Iliade M* 95, *Ἄσιος ἦρωος, Ἄσιος ὄργακίδης*. Ter repetitur *Νιρεὺς B* 671-673. — *B* 838; 850; 871, *Z* 153-154, *H* 138, *Φ* 86; 158, *Σ* 399 (post multa interposita *Ἀστυάναξ X* 506) *Z* 395-396 est *Ἠετίωνος, Ἠετίων ὅς ἔβαιεν*, ubi *Ἠετίων* absolutum ponitur quasi sit exclamatio. *Exspectaveris Ἥ — Ἠετίωνος ὅς*. Sed hoc ne fuerit admirationi, quum sint multa hujus generis apud et *Homerum* et *Herodotum*, cujus rei exempla infra afferemus; cf. de ha re *Kr.* *Di.* 2. 45. 1. 3.

Enuntiatio ita ponitur *A* 266-267, *κάρτιστοι δὲ κείνοι ἐπιχθονίων τράφεν ἀνδρῶν κάρτιστοι μὲν ἔσαν καὶ καρτίστοις ἐμάχοντο*.

Singulari usus est repetitione tribus locis in extrema parte *Iliadis*: *) *Y* 371-372, *καὶ εἰ περὶ χεῖρας ἔοικεν, εἰ περὶ χεῖρας ἔοικε μένος δ' αἰθῶνι σιδήρῳ*. Hoc loco apertum est verba ponderis causa iterari, quod sententiæ optime convenit. Secundus locus est *X* 126, *οὐ μὲν πως νῦν ἔστιν ἀπὸ δρυὸς οὐδ' ἀπὸ πέτρης τῷ ἄαριζέμεναι ἄτε παρθένος ἦιδεός τε, παρθένος ἦιδεός τ' ἄαριζέτον ἀλλήλοισιν. Παρθένος ἦιδεός τε* — posteriori loco uncinis intercluserunt *Heynins* et *Wolf*, retinuerunt fere omnes recentiores. Atque difficilior hæc quidem repetitio est ad explicandum nisi forte verba iteravit poëta, ut longos illos susurros atque confabulationes illustrius exprimeret.

*) Ameisius non recte h. l. epanalepsin nomine utitur.

*) Düntzer ad *Y* 371-372.

Afferamus denique Ψ 641 ³⁾, οἱ δ' ἄρ' ἔσαν δίδυμοὶ ὁ μὲν ἔμπεδον ἠμόχευεν, ἔμπεδον ἠμόχευε, ὁ δ' ἄρα μάλιστα κέλευεν. Quæ repetitio inde orta videtur, quod apud Homerum sæpissime fieri solere jam vidimus, ut quæ de alia re dicere instituit ea iteratis proximis verbis adjiciantur ⁴⁾.

Sequitur ut commemorem, quod et fusi scribendi generis; atque studii est perspicuitatis et ad partes narrationes distinguendas valde pertinet, Homerum et Herodotum, antequam ad alia narranda transeant, proxima verba enuntiatione comprehendere solere, ut apud Homerum ὡς φάτο apud Herodotum οὔτοι μὲν δὴ ταῦτα λέγουσι, sed hujus rei non opus est exemplis allatis, quippe quæ unicuique illos legenti innumera fere exsistent. Nonnumquam repetitionem repetitione continuatam videas ut Z 311-312 ὡς ἔρατ', ὡς ἄι μὲν ῥ' ἔρχοντο. In precibus vel adhortatione ea comprehensio demonstrativo facta semper adhibetur ut α 1 ἐνεπε Μοῦσα — ν . 10 τῶν ἀμόθεν γε θεὰ εἶπε καὶ ἦμιν, δ 327-231, ν 230, Ω 618, A 405. Idem usus est exoptantis aliquid ut ν 116-119, μνηστῆρες πέματόν τε καὶ ὕστατον ἦματι τῷδε — νῦν ὕστατον δειπνήσειαν.

³⁾ Ernestius comparat Virg. Aen. VI. 586, quod si non plane ejusmodi at simile est illud quidem, sed haud scio an ille locus melius cum X 127 comparetur.

⁴⁾ Has repetitiones a veteribus interpretibus epanalepsin nomine comprehensas esse, testimonium est quod affert Spitzner ad Y 372 "Schol. A πρὸς τὴν ἐπανάληψιν οἷ ἐν Ἰλιάδι συνεχῶς ἐν τῇ Ὀδυσσεΐα ἔπαξ" — Eusth. ad X . 127 "τὸ δὲ σχῆμα ἐπανάληψις δὲ ἐπαναστροφῆς", quod attulit Ernestius. Sed ea non videtur repetitio quam hodie epanalepsin intelligimus. Certe si epanalepsis est, longe diversa est ab illo genere quod in verbis ejusdem sententiæ interruptis et redintegratis aut cum redundantia quadam iteratis positum est. Quamobrem tales repetitiones quales sunt X 127 et A 266-267 illius figuræ nomine quam ἐπαναστροφάν vocant (Macrobius L. IV. cap. 6 apud Ernestium ad X 127) multo aptius videntur appellari.

Jam videmus, ut posteriores uno et artiori vinculo adstricta omnia quibus sententia continetur in unum comprehendunt, ita Homerum et Herodotum qua sunt sermonis abundantia et connectendi quasi remissione, sæpe primum ipsius rei mentionem facere, deinde verbis, quibus res universim indicata est repetitis, quæ pertinent ad rem illustrandam addere. Inde multa, quæ aut veræ sunt epanalepsis aut similitudinem quandam hujus figuræ præbent. Ut quum verbum iteratur addita locutione quæ ostendit quomodo res facta sit ν 165-167, ν 253, φερόμην ἐννήμαρ φερόμην ξ 247 νῆας στεῖλαντα — ἐννέα νῆας στεῖλα, α 50-51 νῆσιν ἐν ἀμφιρότῳ νῆσος δενδρίεσσα pro νῆσῳ ἐν ἀμφιρότῳ καὶ δενδρίεσσῃ.

Hoc ex quotidiani sermonis usu ortum videtur, nam consuetudini loquentis quam maxime convenit, qui quo facilius respiraret omnia breviter concisa soluta formabat, ut quæ ad rem illustrandam et describendam pertinerent, alia aliter posita quasi singula sententias absolutas efficerent.

Ad hanc structuræ laxitatem referendi sunt loci ubi quod duobus sententiæ membris ita antepositum est, ut ad utrumque referatur redundet in posteriori. Quod fit sive membra pari gradu ponuntur sive alterum ex altero pendet.

Apud Homerum articulus vel pronomen sæpissime ut δ Z 426-427, τὴν ἐπεὶ — ἀψ ὅγε τὴν vel δ δ ut Σ 544-545 οἱ, δ' ὁπότε — τοῖσι δέ; οἱ ante μὲν et δέ β 52-53, sæpissime δ γε ut τ 209-212, αὐτὸς Ὀδυσσεὺς θυμῷ μὲν ἐλέαιρε γυναῖκα δόλιφ' ὅγε δάκρυα κεύθει, Γ 4-8 αἶψ' ἐπεὶ οὖν χεῖμα φέρον καὶ ἀθέσφατον ἦμιθρον κλαγγὴ ταίγε πέτονται ἐπ' Ὀκεανοῖο ῥοαῶν, ubi pronomen relativum αἶγε quod commune subjectum est locutione quæ est ταίγε repetitur. Idem fit pronominum primæ personæ Σ 55 sq. ἦτ' ἐπεὶ ἄρ' τέκνον — τὸν μὲν ἐγὼ θρέψασα — ἐπιπροσέμα pro ἦτ' ἐπεὶ ἄρ' τέκνον καὶ ἔτρεφον — ἐπιπροσέμα. Hoc loco membra vehementius divulsa sunt, ut exprimeretur magnus dolor atque animi perturbatio qua Thetis capta inducitur. Cf. τ 440.

(Quamvis non vera epanalepsis huic rei cognatum est, ubi post relativum hypothet. in apodosi ponitur ὁ δὲ ad sententiam prorsus supervacaneum ut λ 147 ὄν τινά κεν ἕως νεκίων κατατεθρότων αἵματος ἄσπον ἵμεν ὁ δὲ τοι ημερετὲς ἐνίψει ᾧ δὲ κ' ἐπιφθονέοις, ὁ δὲ τοι πάλιν εἶσιν ὁπίσσω.)

Similiter verbum β 199-201 ἐπεὶ οὐτινα δείδιμεν ἔμπαυς οὐτ' οὐν Τηλέμαχον — οὔτε θεοπροπίης ἔμπαυόμεθα. δείδιμεν in posteriori membro repetitur quodammodo verbo ἔμπαυόμεθα. Hoc frequentissimum est apud Herodotum.

Primum ubi membra pari gradu ponuntur, ut quum particulis μέν et δέ connectuntur, quemadmodum apud Homerum, sic apud Herodotum articulus articulo repetitur 1. 124; 7. 125; 156; 163; 5. 35; 6. 4.

Et pronomem relativum personali vel demonstrativo 1. 146, τοῖσι δὲ Ἰωνίης μετὰ οὐδέν — Μινύαι δὲ Ὀρχομένιοι σφι ἀναμερίχεται cet.

8. 119 μὴ οὐκ ἂν ποιῆσαι βασιλέα τοιόνδε τοὺς μὲν ἐκ τοῦ καταστρώματος καταβιάσαι ἐς κοιλὴν νέα — τῶν δ' ἐρετέων ἐόντων Φοινίκων ὅπως οὐκ ἂν ἴσον πλῆθος τοῖσι Πέρσῃσι ἐξέβαλε ἐς τὴν θάλασσαν, hæc epanalepsis posita est in negatione redundantī quemadmodum 4. 118 ὅκει γὰρ ὁ Πέρσης οὐδέν τι μᾶλλον ἐπ' ἡμέας, ἢ οὐ καὶ ἐπ' ἡμέας (ubi videas Lhardyi adnot.). Epanalepsis verbi finiti est 6. 19 ἐχρήσθη ἐπίζοινον χρηστήριον, τὸ μὲν ἐς ἀντοὺς Ἀργείους τὴν δὲ παρηνθήμην ἔχρησε ἐς Μιλησίους, participii 7. 113 et negligentius 2. 12. Deīndo quum enuntiationes particulis copulativis ἅμα μὲν — ἅμα δέ, τε — καὶ (τε — δέ) οὔτε — οὔτε connectuntur ut 4. 127 ἐγὼ οὐδένα ἀνθρώπον δείσας ἔφρον οὔτε πρότερον οὔτε νῦν σε φεύγω 5. 22 Ἑλλήνας δὲ εἶναι τοῦτους τοὺς ἀπὸ Περδίκεω γεγονότας — αὐτὸς τε οὔτω τυγχάνω ἐπιστάμενος καὶ δὴ καὶ ἀπωδέξω ὡς εἰσι Ἑλλήνες 8. 136 Μαρόδομος — ἔπειψε — ἅμα μὲν οἱ ἅμα δε ὁ Μαρόδομος ita ὁ Δαρεῖος 6. 94 ejusdem generis

est ἔδοξε Πηρξάσπεια φίλον προστιθέσθαι ὅτι τε ἐπιπόνθεε — πρὸς δ' ἐτι ἐόντα ἐν αἴῃ μεγίστη τὸν Πηρξάσπεια 3. 74. Sæpe particula ὅτι ὡς εἰ⁶). Tum quæ membrīs secundario et primario communia sunt in utroque ponuntur.

Sæpe, ut apud Homerum, articulus vel pronomem personale 1. 206 σὺ δὲ εἰ μεγάλως προθυμέεαι, φέρε μόχθον μὲν ἄπες, σὺ δὲ διάβαινε cet.

Enuntiatio hypothetica 3. 99 ὅς ἂν κάμη τῶν ἀστῶν ἦν τε ἀνὴρ ἦν τε γυνή — τὸν μὲν ἄνδρα κτείνουσι — ἦν δὲ γυνή κάμη ὡσαύτως αἱ γυναῖκες ταῦτα ποιέουσι, ubi si omnia cecidissent primis congruentia, scriptum esset τὴν δὲ γυναῖκα γυναῖκες κτείνουσι.

In hoc numero sunt pauci loci ubi subjectum anticipatum in enuntiatione secundaria redundat β 351 κείνον οἰομένη, εἰ πόθεν ἔλθοι διογένης Οδυσσεύς. Her. 1. 134 ἐντυγχάνοντας δ' ἀλλήλοισι ἐν τῆσι ὁδοῖσι τῶδε ἂν τις διαγνοίη εἰ ὁμοῖοι εἰσι οἱ συντυγχάνοντες. Ita cum Benedictio⁷) legendum censeo. Abichtius graviore mutatione scripsit συντυγχάνοντας. Codd. ἐντυγχάνοντες, quod retinuerunt Kr. et Lhard., vereor ne ferri non possit. Melander, scripturam codicum defendere conatus, putavit τῶδε ἂν τις διαγνοίη scriptum esse pro τῶδε ἂν διαγνωσχοῖατο vel aliud simile. Sed si Herodotus ἐντυγχάνοντας δ' ἄ. ἐ. τ. ὁδ. posuit quasi adjiceret διαγνωσχοῖατο, mox sine ullis verbis interjectis, verborum quæ jam posuit oblitus inceptam structuram deserens scripsit τῶδε ἂν τις δ., deinde illud ἐντυγχάνοντας molestissima repetitione iteravit, si ita scripsit, ut solæcismus potius quam anacoluthon putandam esset, hoc maxima negligentia et summo scriptore vix dignum videtur. At sunt loci ubi participium cum substantivo in fronte senten-

⁶) Alia exempla collegit Melander Anac. Her. p. 36, 37. jure idem hos locos in anacoluthorum numero ducit. Plurimis enim locis, si non omnibus, levius vel gravius est structura mutata.

⁷) Apud Melandrum p. 12.

tiæ positum conjunctione carere videtur in iis quæ sequuntur. Confiteor; sed necesse erit hos locos diligentius considerare.

In hoc numero occurrit Z 510 ὁδ' ἀγλαΐῃ πεποιθὸς ὄμιμα ἐ γούνα φέρει P 489-490, ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐφορηθέντε γε κῶι τλαῖεν ἐναντίβιον στάντες μαχέσασθαι Ἰσθμ. E 135, καὶ πρὶν μὲν μεμαῶς Τρώεσσι μάχεσθαι δὴ τότε μιν τρις τόσσον ἔλεν μένος, δ 555 sqq. Herodotos 2. 184 τὰυτα δὲ γνόμενα πένθεα μεγάλα τοῖς Αἰγυπτίοις καταλαμβάνει. 7. 152 ἀλῆς μὲν γὰρ γενομένη, πᾶσα ἡ Ἑλλάς χειρὸς μεγάλη σνάγεται. Quæ omnia negligentissime sane scripta sunt si putandum est scriptorem ab instituto orationis cursu deflexisse, ut esset Z 510 ὄμιμα ἐ γούνα φέρει pro ὄ. γούνατι φέρεται, vel σνάγεται pro παρέχει 7. 152 *). Propius ad veritatem accedere videntur quæ dixit Bernhardyus**), cuius verba hæc sunt: "Absoluter Nominativ. Dessen Begründung ist in der substantiven Kraft des Partizips enthalten, vermöge deren gegebene Thatsachen unter Vermittlung einer caussaler Verknüpfung (der Konjunktionem ἐπεὶ εἰ und geringerer) in Relation mit dem tempus finitum gesetzt werden". Putat igitur participium pro enuntiatione ad similitudinem genitivi illis locis poni. qui usus, ut apud antiquiores frequentior et liberior videtur fuisse, ita apud posteriores haud paucis locis remanet.

Krueger Gr. Gr. 1. 9. 36 duplicem rationem sequitur. Optimam explicandi viam ingressus est Rostius, qui § 131 dicit participium esse quasi subjectum sententiæ. Atque si quis illum grammaticam cum logica confundere insimulet, hæc criminatio — si ita appellari potest — detur ipsis græcis scriptoribus, qui subjectum quod menti obversabatur, ut

*) Cf. Soph. Antigone 260 ubi minus mihi placet quod arbitratur Wolffius φύλαξ ἐλέγχων φύλακα dictum esse quasi præcedat ἐρόσοῦμεν.

**) I. I. p. 479.

grammaticum, quamvis ab enuntiatione quodammodo solutum, ponebant. Quod si illi loci ita sunt explicandi, quem de Her. 1. 134 supra attulimus locum eodem non refertur. Illis enim locis proximæ enuntiationi locutio participialis apponitur, sed hoc loco non est quo ἐντυγχάνοντες referatur in proxima enuntiatione. Et ubi subjectum enuntiationis secundariæ est in primaria, hujus verbo semper accommodatur. Quare haud scio an 2. 9 οὗτοι συντιθέμενοι στάδιοι Αἰγύπτου post Αἰγύπτου punctum superne ponatur, id quod fecit Ab., ut hæc sit absoluta sententia, quamquam h. l. minus molesta: sit epanalepsis ubi repetitio fiat per alium casum. Atque minus offendimur epanalepsi 8. 176, ubi τὸ Ἀρτεμίσιον multis verbis insertis cum necessitate quadam reintegratur (de hoc loco infra). Sed hæc hæctenus.

Restat in hoc genere una structura. Nam ubi enuntiatio, qua causa vel explicatio alterius continetur, huic, ut sæpe fit apud Homerum et Herodotum (Kr 1. 69. 14. 3 et Di. 69. 14. 2), præponitur, quod utriusque enuntiatio commune in fronte sententiæ scriptum est, id in posteriori etiam enuntiatione voce indicatur. Quod de hac re disputavit Melander (l. c. p. 54), anacoluthiam inde ortam esse quod scriptor institutum orationis cursum deserens priori enuntiationi γὰρ insereret, ut hæc illi subjungeretur, confiteor me assequi non posse. Nam si quis dicat, Herodotum prima scripsisse quasi non uteretur particula γὰρ, meminerit et priori membro causam alterius afferri et Herodotum et Homerum enuntiationem cum γὰρ non minus sæpe ante enuntiationem quacum conjuncta est quam post illam ponere. Atque minus consentaneum videtur statuere membrum ubi inest γὰρ alteri subjungi, quum huic construendi rationi repugnet vis et natura particulæ γὰρ, quæ in nullis membris nisi primariis ponatur. Immo vero statuendum est cum Kruegero (1. 60. 4) γὰρ his locis poni in parenthesi, cui accommodata sunt proxima, ut nonnumquam fit ante

relativa. Necessitas exstitit quum in priori membro nominativo casu ponebantur prima repetendi, ut verbo proximo convenirent.

Exempla hæc afferam: 4. 149 ὁ δὲ πᾶς οὐ γὰρ ἔφη οἱ συμπλοῦσθαι, τοιγαρῶν ἔφη, αὐτὸν καιαλείψην οἷν ἐν λόγοισι. 1. 114 εἰς δὴ τούτων τῶν παιδῶν συμπαιζῶν οὐ γὰρ δὴ ἐποίησε τὸ προσταχθῆν ἐκ τοῦ Κέρου, ἐκέλευε αὐτὸν τοὺς ἄλλους παῖδας διαλαβεῖν. Minus necessaria repetitio est 1. 155 τὰ δὲ νῦν παρόντα Πακτύης γὰρ ἐστὶ ὁ ἀδικέων — οὗτος δότω τοι δίκην.

Cf. contra sine repetitione: 4. 149; 200; 9. 109; 1. 24.

(His locis comparari potest α 114-118 ἴσισι γὰρ — δασόμενος πατέρ' ἐσθλὸν ἐνὶ φρέσιν εἴ ποθεν ἔλθῶν — τὰ φρονέων μνησθήσιν μεθήμενος εἶσιδε Ἀθήνην ubi epanalepsis fit fere omnium verborum quæ in priori membro sunt).

Sed non solum post γὰρ, sed etiam post ἐπεὶ eandem epanalepsin reperimus cum anacolutho conjunctam, 4. 139 οὔτοι ἐπεὶ αἰρέοντο γνώμην — ἔδοξε σφι pro τούτοις ἐπεὶ αἰρ. — ἔδοξε. Neque hoc loco probabile mihi videtur si quis dicat, Herodotum scripsisse οὔτοι quod ei in animo esset scribere ἔγνωσαν vel aliud simile. Prorsus eodem modo fit, ut quæ relativæ enuntiationi et primariae communis est notio, ea relativo accommodata (de qua re Kr. Di. 52. 9. 2) redintegretur casu ad verbum apto ut 3. 147 ἐντολάς τε τὰς Λαρεῖος οἱ ἀποστέλλον ἐνετέλλετο — τουτέων τῶν ἐντολῶν ἐπελευθάνετο, 9. 88 τοὺς δὲ ἄλλους τοὺς ἐξέδοσαν — οἱ μὲν ἐδόκεον, ὁ δὲ —. (Cognatum est α 69-70 Κύκλωπος κεχόλωται ὃν ὀφθαλμοῦ ἀλάωσε ἀντίθεον Πολύφριμον).

Antequam eas sententias ubi particula γὰρ parenthesesi loco ponitur, relinquamus, mentionem fieri oportet locorum ubi prima sententiæ verba, inserta parenthesesi abrupta, redintegrantur.

Exempla hæc afferre placet:

Z 215-224 ξείνος γὰρ πατρώϊος ἐσσι — γὰρ — τῷ

μὲν ξείνος. Δ 327-334 ἔστασαν οὐ γὰρ — οἱ δὲ μένοντες ἔστασαν.

Herod, 4. 76 τοῦτο μὲν γὰρ Ἀνάχαρσις καὶ εἶρε γὰρ — εὔξατο τῇ μητρὶ ὁ Ἀνάχαρσις, ubi epanalepsis in repetitione subjecti posita est, sic 3. 127¹⁾. Participium repetitur 3. 122 μαθὼν τοῦ πολυκρατέους νόον Πολυκράτης γὰρ ἐστὶν — μαθὼν οἷν τὰντα. Vel enuntiationo 1. 182 ἐπεὶ γένηται — οὐ γὰρ ὦν — ἐπεὶ δὲ γένηται.

Epanalepsis his locis plurimis notatur particula, quæ apud Homerum est δέ vel τῷ, apud Herodotum ὦν vel δὴ vel δέ (cf. quæ jam attuli exempla) vel δὴ ὦν 1. 29; 127; 3. 127. Si nota abest post parenthesesi ponitur pronomem demonstrativum ut 6. 55. His locis nulla est, ut in illis, anacoluthia, quum priora ad parenthesesi non referantur, unde efficitur, ut illi non accommodentur.

Quæ proxime disputavimus quamvis cum ceteris minus coherere videantur, attingere tamen volui, ut quasi in uno conspectu appareret quæ repetitiones ex inserta enuntiatione cum particula γὰρ orta essent. Jam disputavimus de epanalepsi, quæ continetur iis quæ binis sententiæ membris communia sunt repetitis, venio nunc ad redundantem repetitionem quæ in unius membri partibus versatur.

Atque primum quidem nomina et pronomina considerabimus. Jam vero videtur aptum nos revocare ad ea quæ jam diximus, scriptores de quibus agimus, quum alius rei hominisve mentio fit vel aliud opponitur, priora repetitione solere efferre.

Hæc consuetudo quum latissime pateat apud utrumque, nobis in animo est nihil tractare nisi quæ sunt majoris momenti et ad propositum pertinent. Jam primum videmus pronomem quod est αὐτός adhiberi, ubi duo; commemoran-

¹⁾ Cf. Plat. Prot. 317 C. καὶ ἐγὼ — ἐπώπτεσα γὰρ — τί οἷν, ἔφην ἐγώ.

tur, atque scriptor in alterum animos eorum qui audiunt magis adverti vult. Ut Ἰθμενῆα — αὐτὸν καὶ θεράποντα N 330; A 92-93 ἔλε δ' ἄνδρα Βραίνορα ποιμένα λαῶν — αὐτὸν ἔπειτα ἑταῖρον Ὀϊλῆα.

Herod. 9. 119. Ἀραῦκην — αὐτὸν τε καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ, 5. 21; 92. Y; 6. 3. Interdum ipsum nomen additur, unde existit epanalepsis, 1. 174. Κἄρες οὐδὲν λαμπρὸν ἔργον ἀποδεξάμενοι ὅτε αὐτοὶ οἱ Κἄρες οὔτε ὅσοι Ἑλλήνων ταύτην τὴν χώραν οἰκέουσι²⁾.

Γ' 300-301 est ὦ σφ' ἐγκέραλος χάμαδις ῥέει ὡς ὅδε οἴνος αὐτῶν καὶ τεκέων. Hoc loco anacoluthon inde existit quod dativus possessoris iteratur genitivo, de qua re cf. Herod. 2. 141 ἐνταῦθα ἀπικομένους, τοῖσι ἐναντίοισι αὐτοῖσι (vel, si optimam conjecturam Schæferi sequi licet, ἐντ. ἀπικομένοισι ἐναντίοισι καὶ) μῦς κατὰ μὲν φραγεῖν τὰς φραγεῖνας αὐτῶν.

Deinde apud Homerum substantivum cui aliud opponitur articulo iteratur. Hujus rei exempla sunt α 116-117 μνηστῆρων, τῶν μὲν σκέδασιν κατὰ δῶματα θείῃ τιμῇ δ' αὐτὸς ἔχοι. τῶν μὲν positum est ut μνηστῆρων pondere quodam efferretur ante αὐτὸς. Dindorfius et Ameisius inter μνηστῆρων et τῶν nihil interpunxerunt. Sed forsitan præstet comma ponere quum τῶν oppositum, non attributum sit. Atque hac in re minus sibi constare videtur Ameisius qui alibi ante adjectiva apposita commate interpunxit, ut α 99. α 151 est μνηστῆρες, τοῖσι μὲν ἐνὶ φρέσιν ἄλλα μέμηλεν v. 156 opponitur αὐτὰρ Τηλέμαχος προσέφη γλαυκῶπιτιν Ἀθήνην. Dindorf. inter μνηστῆρες et ἔντο (v. 150) nihil interpungens, μνηστῆρες ad v. 150 referre videtur, sed hoc repugnat consuetudini Homeri, qui in illo versu αὐτὰρ ἐπεὶ πόσιος καὶ ἐδήτνος ἐξ ἔρον ἔντο substantivum ut subjectum

²⁾ Quod formularum et jurisjurandi verborum esse minus accurate dixit Bernhardus l. c. p. 290 quoniam multis aliis locis usurpatur.

adjicere non solet, atque hic versus αὐτὰρ ἐπεὶ cet. dicitur non solum de procis sed etiam de ceteris præsentibus. Neque verò opus est conjectura Nitzchii qui legi vult μνηστῆρσιν τοῖσι μὲν cet. ad similitudinem β 119 γυναικῶν τάων αἰ. Nam hic locus est explicandus quemadmodum illi quos supra attulimus (p. 20 cf. addit. criticum Ameisii ad h. l.).

Ω 720-722 est παρὰ δ' εἶσαν ἀοιδὸς θρήνων ἐξάρχους, οἷτε στονόεσσαν ἀοιδῆν οἱ μὲν ἄρ' ἐθρήνεον, ἐπὶ δὲ στενάχοντο γυναῖκες. Ita Dindorf. et Bäumllein. et Spitzner In mss. est aut θρήνους ἐξάρχους οἷτε aut θρήνων ἐξάρχους, οἷτε (Spitzn.) Quæ de h. l. senserint viri docti mihi nunc spatium non est omnia persequi. Sed necesse erit attingere quæ majoris videntur momenti. Ernest. et Düntzer legunt: θρήνους ἐξάρχους οἷτε — θρήνους apponentes voci, quæ est ἀοιδός, quasi dictum sit pro θρηνηδούς, quod Suidas ipse, qui hanc explicationem dat, concedit esse insolitum, verba ejus hæc sunt (ap. Spitzn.): "θρήνους τοὺς παρ' ἡμῶν λεγομένους θρηνηδούς διαλέσας τὴν συνήθειαν θρήνους αὐτὸς καλεῖ".

Neque vero referri potest ad ἐξάρχους. Nam hoc si verbum esset, absurda existeret constructio, aut enim subjectum haberet οἷτε aut ab omni cum proximis verbis conjunctione divelleretur. Dici autem non posse θρήνους ἐξάρχους οἷτε στονόεσσαν ἀοιδῆν, ut et θρήνους et στονόεσσαν ἀοιδ. objecta sint, quis non videt? Atque vix locum reperias, ubi οἷτε verbo postponatur. Tum frigidissima sane existeret explicatio vocis ἀοιδός. Aptum denique non est præsens tempus, ubi mox sit imperfectum, præsertim quum nusquam præsens historicum, quod sciam, apud Homerum reperiat. Necesse igitur est statuere ἐξάρχους nomen esse. Qua re sententia postulat post ἐξάρχους, comma poni atque οἷτε στονόεσσαν ἀοιδῆν οἱ μὲν ἄρ' ἐθρήνεον in unam enuntiationem comprehendere, quod nobis ne fuerit offensioni, collatum cum locis hujus generis quos paullo supra attuli

mus. Apertum enim est, quod sequeretur mentio mulierum, poetam abundantiam, quæ in οἱ μὲν posita est, admisisse³⁾.

Ψ 262-265 est Ἑπποισιν μὲν ἄγλαα ἄεθλα θῆκε — τῷ πρώτῳ, ἀτὰρ αὖ τῷ δευτέρῳ κτε, ubi quum opponatur τῷ δευτέρῳ, τὰ πρώτα repetitur his verbis: τῷ πρώτῳ. Cognatum est E 12-13 τὼ οἱ ἀποκρινθέντε ἐναντίῳ ὄρμηθῆτιν τὼ μὲν ἀφ' Ἑπποιῶν, ὁ δ' ἀπὸ χθονὸς ὤρνωτο πεζός. Antequam hoc relinquamus, postremum afferamus α 209 ἀλλ' οὐ μοί τοι οὔτων ἐπέκλωσαν θεῶν ὄλβον πατρί τ' ἐμῷ καὶ ἐμοί.

Supra disputavimus de iis locis, ubi αὐτός apud Homerum ponitur in repetitione. De alio frequentissimo hujus pronominis usu, ubi redundanter ponitur ad vocem remotiorem iterandam est apud Kr. l. c. 1. 51. 5. 1. Hic usus, quod sciam, Homeri non est. Neque id mirum. Nam apud illum αὐτός ut pronomen tertiæ personæ eadem significatione qua latinum ille non ponitur. Proprie autem hoc pronomen significare videtur ipsum, quæ significatio apud illum vix unquam evanuit. Cf. π 226, ξ 135, ξ 185, ι 21, 25, 153, 157, ϑ 170, 425, λ 574, υ 24 cet. et annot. Ameisii ad α 207.

Quamobrem minus accurate Krueger (Di. 51, 5, 1) dixit, pronomen quod est αὐτός apud poetam ut apud atticos in epanalepsi adhiberi. Qui Homerum quidem debuit excipere.

Contra Herodotus hac in re cum atticis prorsus convenit.

Ut 4. 31 περὶ δὲ τῶν πτερόων — τῆρδε περὶ αὐτίων γρόμην. 3. 116 αἱ δὲ ὄν ἐσχατιαὶ οἴκασι περικληῖονσαι τῆν

³⁾ Simile est Xen. Cyr. 4, 6, 3 ὁ δὲ νῦν βασιλεὺς εἰς θῆραν αὐτὸν παρακαλέσας καὶ ἀνείξας αὐτῷ θηρῶν — ὁ μὲν ὡς φίλῳ συνεθήρα, φανείσις δὲ ἄρτων. Opponitur φανείσις δὲ ἄρτων, itaque subjectum enuntiationis ὁ δὲ νῦν βασιλεὺς vocibus quæ sunt ὁ μὲν iteratur.

ἄλλην γόρῳ καὶ ἐντὸς ἀτέργῳσαι τὰ κάλλιστα δοκέοντα ἡμῖν εἶναι καὶ σπανιώτατα ἔχειν αὐτά, Krueger ad h. l. quaestionem posuit, num esset sic explicandum: αὐτὰ (τὰ) σπανιώτατα. Sed apud Homerum hac sententia ita dici potuit, vix apud Herodotum. Atque haud scio an Herodotus, qui præter paucas et levissimas discrepantias in articuli usu cum atticis prorsus congruat, si illud dicere voluisset, αὐτὰ τὰ σπανιώτατα scripturus fuerit. Quare epanalepsin hoc loco statuere placet. Quæ minus necessaria videatur illa quidem, quum quæ repetuntur, ea una separentur voce, sed nonne idem dici potest de 2. 10 τῶν γὰρ ταῦτα τὰ χωρία προσχωσάντων ποταμῶν οὐδεὶς αὐτῶν vel 3. 118 τῶν δὲ μάγων ἐπαναστάντων ἀνδρῶν ἕνα αὐτῶν⁴⁾.

Haud rara est hæc epanalepsis in appositione partitiva 4, 5 σφ' οὐνόματα θέσθαι τῷ Ἀγαθήρῳ αὐτίων; 6, 30 ῥῶν δὲ μιν — τὸ μὲν αὐτοῦ σῶμα τῆν δὲ κεφαλὴν, 7, 156 Μεγαρέας -- τοὺς μὲν αὐτῶν παχέας τὸ δὲ δῆμον τῶν Μεγαρέων, 4, 187 οἱ γὰρ δὴ τῶν Λιβύων νομάδες εἰ μὲν πάντες οὐκ ἔχω ἀτρεκέως ταῦτο εἶπαι, ποιεῖσι δὲ αὐτῶν σελήναι τάδε. Quæ quodammodo anacoluthia est, nam genitivus prorsus idem declarat atque nominativus, qui membrorum communis est; ratio quæ est inter summam et partes, non solum appositione sed etiam genitivo partitivo indicatur.

Interdum enuntiationem αὐτός respicit. 6, 55 ὅτι δὲ εἶντες Αἰγύπτιοι καὶ ὅτι — ἄλλοισι γὰρ περὶ αὐτῶν εἴρηται, εἴσομαι αὐτά.

Constat, pronomen quod est αὐτός in epanalepsi ali-

⁴⁾ Simile est Theæt. 155 C ἀνδρῶν ὀνομαστῶν τῆς διανοίας τῆν ἀλήθειαν ἀποκειρυσμένην συνεξερευνήσομαι αὐτῶν. Wohlrab. ad h. l. confert Stallb. ad Symp. 195 A et Gorg. 482 D et Dissen. ad Pind. Ol. 1. 57.

Cf. præterea Xen. Cyr. 1, 3, 15 et An., 2 4, 7 et Kr. 1, 51, 5, 1.

quid idem esse significare⁵⁾. Quæ significatio orta videtur ex significatione propria, qua αὐτός ipsum sonat. Atque quum has significationes cognatissimas esse apertum est, tum profecto multis locis apud Homerum et Hesiodum sive idem sive ipsum αὐτό intelligere licet, ut Hes. A. 85 αὐτῇ μὲν γὰρ νυκτί⁶⁾ sic explicari potest: illa ipsa nocte vel eadem nocte. Hæc autem significatio, qua attenuata αὐτός in sequenti enuntiatione ut latinum ille, nomen, quod supra est, respicit, in epanalepsi magis apparet atque existat. Eodem consilio ponitur etiam post ὅσπερ ἕτερα τοιαῦτα 1, 191 τάπερ ἢ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεία ἐποίησε — καὶ ὁ Κύρος ἕτερα τοιαῦτα.

Vidimus Herodotum cum atticis in usu epanaleptico pronominis quod est αὐτός convenire nisi quod hoc apud illum est frequentius. Contra in simili usu pronominum tertiæ personæ encliticorum morem Homeri aliorumque poetarum sequitur⁷⁾.

Sic usus est οἱ 1, 132 ἐωντῶ μὲν δὴ τῶ θύοντι ἰδίῃ μόνῳ οὐ οἱ ἐγγίνεται ἀρᾶσθαι ἀγαθὰ (Paullum discriminis est inter hunc locum et illos ubi οἱ ponitur in apodosi ut 3, 37 ὃς δὲ τούτους μὴ ἤπωπε ἐγὼ δὲ οἱ σημανέω 7, 81 V, his enim locis non respondet pronomini quod est αὐτός sed eandem vim habet atque οἷος cf. p. 10). Ita μὲν 3, 126 καὶ τινα ἀγαρήμιον ἐλθόντα κτείνει μιν, 4, 81 βουλόμενον γὰρ τὸν βασιλέα κτείνει μιν. Cf. Lhardyus ad hunc locum et π 79 ξείνον ἐπεὶ τὸν ἔκετο δῶμα ἔσσω μιν χλαῖναν. Σφρέας, Hor. 6, 46 πρῶτα Θασίους διαβληθέντας ἐκέλευε σφρέας.

Gravior fit epanalepsis, ubi nomen (Kr. 1, 51, 5, 2) vel enuntiatio ipsa iteratur. Hujus generis sunt 2, 13 δοκέουσι τέ μοι Αἰγυπτίων οἱ ἐνέρθε τῆς λίμνης — κείσε-

⁵⁾ Kr. 1, 51, 5.

⁶⁾ Thiersch. § 311, 16.

⁷⁾ De hac re Kr. Di. 51, 5, 2.

σθαι πάντα χρόνον οἱ Αἰγύπτιοι. 2, 152 ἐκβάτας δὲ ἐς τὴν γῆν καὶ ὀπλισθέντας χαλκῶ ἀγγέλλει τῶν τις Αἰγυπτίων ὡς χάλκαιοι ἄνδρες ἀπυγμένοι λεηλατήουσι τὸ πεδίον. 2. 50 διότι μὲν γὰρ ἐκ τῶν βαρβάρων ἔχει πυνθανόμενος οὕτω ἐρίσσω ἐόν; 2. 43; 4. 187; 5. 105.

Quibus jam disputatis ex ordine sequitur, ut transeam ad aliam et cognatam epanalepsin quæ apud Homerum articulo, apud Herodotum demonstrativo quod est οἷος efficitur. Quæ etsi simillima est ei quam nunc tractavimus, id tamen quamvis parvum discrimen intercedit, quod articulus in hac epanalepsi et οἷος majorem habent demonstrativam vim. Quamobrem longe plurimis locis ceteris verbis ejusdem enuntiationis antepositur. Rarius fit ut οἷος enuntiationi inseratur ut Her. 3. 19 ἀπὸ δὲ Ποσειδῶντος πόλιος — ἀρξάμενον ἀπὸ τούτου, 3. 116, 4. 64 ὃς ἂν πλεῖστα δέματα χειρομάκτρα ἔχη ἀνὴρ ἀριστος οἷτος κέριται, 7. 154; 155; 4. 172 ὁμύουσι μὲν τοὺς (παρὰ σφίσι) ἄνδρας δικαιοτάτους καὶ ἀρίστους λεγομένους τούτους. Ita Lhardyus et Kr. Schweighäuser commate distinxit inter λεγομένους et τούτους. Abichtius, facili remedio invento, adjecit ὁμύουσι, quod quum in consuetudinem optime congruat Herodoti, vellem esset in codd.

Sed forsitan, codium auctoritate inviolata, rem expedire possimus, si καὶ et τούτους juncta intelligamus. Nam καὶ οἷτος apud Herodotum ponitur ubi verbis quæ de aliquo dicta sunt alia cum pondere quodam adjiciuntur, ut 2. 68 (de crocodilo) est γλώσσαν δὲ μόνον θηρίων οὐκ ἔργασε, οὐδὲ τὴν κάτω κινεῖ γνάθον ἀλλὰ καὶ τοῦτο μόνον θηρίων τὴν ἄνω γνάθον προσάγει τῇ κάτω (Cf. 2. 86; 4. 120; 7. 156; 8. 124; 4. 127). Si ita interpretamur, sententia hæc est: jurant per cives qui dicuntur quum optimi fuisse tum fortissimi. Quod ad ferocia ingenia Schytharum, qualia ab Herodoto describuntur, aptissimum videtur.

Huic rei comparari etiam potest, quod οἷος ponitur

cum αὐτός ubi alterum prædicatum eidem rei additur ut 5. 65 συντυχίη τοῖσι μὲν κακῇ τοῖσι δὲ ἡ αὐτὴ ταύτη σύμ-
μαχος, vel cum adjectivo ordinali 4. 44 Ἰνδὸς ποταμὸς ὅς
κροκοδείλους δεύτερος οὔτος παρέχεται,

Sed ad rem revertamur.

Jam primum igitur consideremus hac in re consuetu-
dinem Homeri N 594 Ἀτρεΐδης δ' ἄρα χεῖρα βοῶν ἀγαθὸς
Μενέλαος τὴν βάλει, ἣ δ' ἔχε τόξον ἐύξοον, β 119 est κέρδεά
θ' οὐδ' οὐπω τιν' ἀκούομεν οὐδὲ παλαιῶν, τῶν αἰ πάρος
ἦσαν ἐπιλοκαμίδες Ἀχαιοί. (Substantivum relativæ enun-
tiationi accommodatum est ut α 69-70) Kr. Di. 50. 2. 3
qui hujus rei exempla collegit, τῶν attributum esse vult.
Sed forsitan rectius Dindorf. et Am. inter παλαιῶν et τῶν
comma posuerint; certe ubi articulus post substantivum po-
nitur hæc explicandi ratio et sententia et consuetudine Ho-
meri, qui omnia, quæ ad rem describendam valent, appo-
nit formatque soluta, defenditur.

His locis optime conferas Her. 3. 107 ὄφριες ὑπόπτεροι,
οὔτοι οὐπερ ἐπιστρατεύονται; 3. 70; 4. 83; 128; 5. 106; 5.
113 Ἀριστόκλυπος ὁ Φιλοκλέπρον, Φ. δὲ τοῦτον ὅς cet., ubi
apparet pronomen quod est οὔτος attributum non esse, sed
nomen illo apposito iterari. Hujus generis est 3. 104 τοῦ-
τον δὲ τὸν χρόνον καίει πολλῇ μᾶλλον ἢ τῇ μεσαμβρίῃ τὴν
Ἑλλάδα, οὔτω ὥστε ἐν ὕδατι λόγος ἐστὶ βρέχεσθαι αὐτοὺς
τρικαῦτα, ubi tota enuntiatio adverbio demonstrativo οὔτω
comprehenditur. Ita 3. 105, sæpius; οὔτω ὡς 9. 93.

Deinde demonstrativum, apud Homerum articulus, apud
Herodotum οὔτος, ponitur ut substantivum, adjectivo attri-
buto vel enuntiatione attributi loco posita separatum, re-
spiciat.

Cujus rei exempla sunt apud Homerum: Π 56 κούρη
ἦν ἄρα μοι γέρας ἔξελον νῆες Ἀχαιῶν — τὴν ἄψ' ἐκ χειρῶν
ἔλειτο κρεῖον Ἀγαμέμνων, δ 652-653 κούροι δ' οἱ κατὰ δῆμον

ἀριστεύουσι μετ' ἡμέας οἳ οἱ ἔποντ'; A 93-95 ἀλλ' ἐνεκ' ἀρη-
τῆρος ὃν ἠτίμησ' Ἀγαμέμνων — τοίνεκ' (= τοῦ ἐνεκ') ἄρ'
ἄλγε' ἔδωκεν; A 300 τῶν δ' ἄλλων — τῶν; γ 382-384; 390-393.

Sæpius etiam apud Herodotum οὔτος. Primum hoc re-
spicit substantivum, ubi interjicitur appositio aut attribu-
tum aut enuntiatio relativa, ut 1. 128 τοῖς ὄνειροπόλοισι οἱ
μιν — τοῦτους; 193; 2. 6; 104; 111; 124 (bis); 3. 60; 63;
85; 182; 129; 4. 17; 44; 64 (bis); 3. 60 cet. 4. 81 est βο-
λόμενον γὰρ τὸν σφέτερον βασιλέα τῷ ὄνομα εἶναι — τοῦ-
τον εἰδέναι. Krueger τοῦτον remotum vult. Sed non ma-
gis h. 1. quam ceteris est quod offendamur cf. 2. 129. 2
ταύτην ἐν αὐτῇ θάψαι ταύτην δὲ τὴν ἀποθανούσαν θυγατέρα.

Participium ita redintegratur 1. 5 τὸν δὲ οὐδὲ πρῶτον
ὑπάρξαντα — τοῦτον σημήνας 2. 151; 6. 58; 9. 67.

Infinitivus: γελᾶν τε καὶ πτεῖν ἀντίον καὶ ἕπασσι τοῦτο
γς εἶναι αἰσχρόν 1. 99.

Enuntiationes etiam hoc pronomine comprehenduntur
ut relativa sæpius ἀπ' ἧς ἂν ἡμέρης ὁρμηθῆωσι ἀπὸ ταύτης
1. 47; 2. 30 τῇ ἂν κελύῃ ἐκεῖσε Cf. Kr. 1. 51. 11. 2.

Sunt tamen loci, ubi notio et relativæ et primariæ
enuntiationis communis, in apodosi non iteretur, ut 3. 6. σπλ-
λέξαντα τὸν κέραμον ἄγειν 3. 144 ἐγὼ δὲ τὰ τῷ πέλας ἐπι-
πλήσω κατὰ δύναμιν οὐ ποιήσω 3. 158 et 4. 9 ex. et una et
altera structura in eadem enuntiatione est. Sed Herodotus,
quia qua ratione protasis et apodosis cohæreant utroque
loco indicare solet, repetitione sæpius utitur. Idem dici
potest de Homero.

Porro post alias enuntiationes idem fit quum enunt.
cum particula conditionali 6, 102 εἴ πως δὲ διαφραλάξαιεν
τὰ τείχεα τοῦτου σφι ἔμελε πέρι tum haud raro cum
ὅτι ὡς ὅπως, ut 7, 128 ὡς δὲ ἐπεθύμησε καὶ ἐποίησε
ταῦτα cf. 5, 22; 7, 137; 3, 116. Nonnumquam demon-
strativo verbis proximis accommodato structura facta est
liberior 4, 35 τῶν μηρίων καταγιζομένων τὴν σποδὸν ταύτην

pro τῆν σποδὸν τούτων, quæ esset structura legitima Herodoti. Nam apud Herodotum sæpius fieri solet, ut subjectum participii absoluti repetatur in apodosi, cujus rei exemplum est 9, 99 ἀπικόμενον Ἀθηναίων αἰχμαλιώτων — τούτους ἀποπέμποσι, quam ut participium enuntiationi accommodetur. Aliud exemplum est 4, 64 ἐκ δὲ τῶν χαλινῶν τοῦ ἔπιπον τὸν αὐτὸς ἐλαίνει ἐκ τούτου (pro ἐκ τούτων), quod eo facilius fieri potuit quod equus h. l. est notio primaria. Minus mihi placet opinio quam protulit Bernhardyus (l. c. p. 283), hac in epanalepsi inesse oratorium quoddam studium, ob eamque rem in simplici oratione epicorum sermoni eam esse raram. Quod haud scio an subtilius quam verius dixerit. Nam apud epicorum præter ea hujus exempla quæ vel jam attulimus vel infra afferemus, multa citari possent, si idoneum spatium sufficeret. Atque apud Herodotum quum hæc epanalepsis frequentissima sit, subtiliora ibi apparere artificia nullis sufficientibus rationibus adducimur ut putemus, præsertim quum ille semper simplex sit atque candidus. Immo quoniam apud et Homerum et Herodotum — id quod sæpius commemoravimus — is est orationis cursus, ut repetitione comprehensis quæ supra dicta sunt iisque adjectis aliis progrediatur, idem ipsum huc pertinet. Nimis argute igitur Abichtius ad 2, 124, graviter atque significanter demonstrativo indicari, quantum spatium lapides vecti fuerint. Nam quum hoc loco plurimis minus ponderis causa illud factum videtur quam ut omnia verba quibus contineretur notio una voce comprehensa proximis adderentur⁵).

⁵) Majus apparet oratorium studium apud posteriores ut apud Demosth. XIX: 66 τοὺς σεσωκότας ἡμᾶς τότε καὶ — θεμένους τούτους, et 69 ἡμᾶς οἷς — τούτους cf. Theæt. 171 D; 207 C; 163 E. Apud Latinos Sallust. Cat. 20 idem velle idem nolle ea demum firma amicitia est. Cic. pro Milone c. 35 Plebem et infamam multitudinem, quæ P. Clodio duce fortu-

Eodem modo comprehenduntur res enumeratæ, ut apud Homerum B 559-563 οἱ δ' Ἄργος τ' εἶχον Τίρυνθά τε τειχιόεσσαν Ἐρμιόνην Ἀσίην τε καὶ — τῶν αἰθ' ἡγεμόνευε βοῖν ἀγαθὸς Διομήδης; 582; α 118; 393; N 94; Ξ 200; 9 120; N 669 cet. Her. 7, 186-188 οὐδ' αὖ ἐπὶ ζυγίων καὶ τῶν ἄλλων cet. οὐδ' αὖ τούτων τῆν τυραννίδα τε καὶ τὰ ἀγαθὰ ταῦτα παραλαμβάνειν 3, 52; 3, 92; 120; 6, 98; 7, 154. Sic etiam ponitur πᾶς, ut Her. 3, 123. τὸν κόσμον τὸν ἐκ τοῦ ἀνδρεῶνος ἀνέθρεξε πάντα, v 308-309 μηδέ τω ἐκφράσθαι μήτ' ἀνδρῶν μήτε γυναικῶν πέντων.

Haud ab re erit hoc loco mentionem facere rationis, qua in sententiis formandis sæpe usi sunt et Homerus et Herodotus. Nam fit, ut notio, quæ quasi primaria est sententiæ in fronte posita ante protasin, in apodosi redintegretur. Qua re quum orationi consecuti sunt expeditiorem cursum atque faciliorem, tum etiam si quid ponderis notioni addere vellent, ut ea jam in prima sententia significantius indicaretur. Inter multa hujus rei exempla hæc volumus afferre.

Primum hæc Homeri A 433-436 Τρῶες δ' ὄσπ' ὄϊες πολυπάμονος ἀνδρὸς ἐν ἀλῆι μυρία καὶ. εἰς Τρώων ἀλαλητὸς ἀνὰ στρατῶν εὐρὴν ὀρώρει. Quo loco et ceteris, ubi res imagine exornatur, est repetitio Homeri vel potius epicorum sermonis propria. In hac re diutius morari fortasse deberem, nisi de toto hoc genere quum alii tum Spitzner (in excursu ad Iliadem) copiose disputassent, nobisque ad plura disserenda parum esset spatii. Quamobrem sufficiat hujus rei tria genera statuere. Unum, quod positum est in repetita sententia absoluta quum verba imaginis ut parenthe-

nis vestris imminebat, eam Milo, quo tutior esset vestra vita tribus suis patrimoniiis delenivit.

Propius ad usum Homeri et Herodoti Xen. Cyr. 2, 1, 17; 5, 2, 12 et alibi. Liv. 1, 49 Octavio Mamilio Tusculano — is longe princeps — ei Mamilio, cf. 1, 19, 1; 3, 58, 1.

sis inserta sunt, ut ε 327-330 τὴν δ' ἐφόρει μέγα κῆμα κατὰ ῥόον ἔνθα καὶ ἔνθα — ὡς δ' ἔτ' ὀπωρινὸς βορέης φορέησιν ἀκάνθας, ὡς τὴν μὲν πέλαγος ἄνεμοι φέρον ἔνθα καὶ ἔνθα.

Deinde ad epanalepsin propius accedit, ubi post comparisonem superioribus verbis subjectam ipsa res iterum indicatur, quod ad orationis cursum prorsus supervacaneum est, ut φ 48-49 τὰ δ' ἀνέβραχεν ἤτε τᾶρος τὸς ἀνέβραχεν καλὰ θυρέτρα, ζ 130-135 βῆ δ' ἔμιν ὥστε λέων — ὡς Ὀδυσσεύς. —

Tum vera est constructionis redundantia, ubi verba interrupta in eodem verborum ambitu redintegrantur, ut Σ 318-323 στενάχων ὥστε — ὡς ὁ βαρὸν στενάχων.

Hæc quasi transiens attingere volui. Jam ad propositum redeamus. ξ 85-88 καὶ μὲν δυσμενέες καὶ ἀνάριστοι οἷτ' ἐπὶ γαίης ἀλλοτρίης βῶσιν καὶ σφι Ζεὺς λήϊδα δῶη, πλησάμενοι δέ τε νῆας ἔβαν οἰκόνδε νέεσθαι, καὶ μὲν τοῖς ὄπιδος κρατερὸν δέος ἐν φρεσὶ πίπτει. Sententia leviter inflexa casus est immutatus, ita exstitit anacoluthon. Eo facilius hoc fieri potuit, quod pro κρατερὸν δέος ἐν φρεσὶ πίπτει, ὄπιδα δειμαίνουσι vel alia similis et ad nominativum apta locutio potest substitui cf. N 795; A 122-126; O 86; Y 478-479; Her. 7, 185; 195; 1, 212; 3, 153; 6, 69; 3, 147.

ν 81-86 aliud est anacoluthon cum epanalepsi conjunctum: ἦ δ' ὥστ' ἐν πεδίῳ τετράοροι ἄρσενες Ἰπποὶ λάντες ἄμ' ὀρυζέντες ἐπὶ πληγῆσιν ἰμάσθλης ὑψός' ἀειρόμενοι ῥίμια πρίσσοσι κέλευθον, ὡς ἄρα τῆς πρίμης μὲν ἀίρετο, κῆμα δ' ἠπίσθεν πορφύρεον μέγα θῦε πολυγλοίσβοιο θαλάσσης. Hoc loco eadem usus est libertate qua ceteris, ut verborum structura neglecta sententiæ soli provideret. Sed hoc etiam est observandum, vocem quæ totam rem significat alia quæ partem significat iterari. Hæc structura coherere videtur cum Græcorum verba apponendi consuetudine. Nam quum omnes Græci universam notionem ita determinare solebant ut partes appositas adjungerent, tum anti-

quiores illorum scriptores unam partem ceteris omissis ad-jicere ausi sunt. Hujus rei homerica exempla sunt Θ 48 Ἴδην δ' ἔκασεν πολυπίδακα μητέρα θηρῶν Γάργαρον; Ξ 227 Θρηγῶν ἔρεα τυρόεντα ἀκροτάτας κορυφάς, Υ 413 τὸν βάλε μέσσον ἄκοντι νῶτα παραίσσοτος⁹⁾. Nec vero solum ubi voces appositis excipiuntur, sed etiam ubi nonnulla inserta sunt, hoc fit, ut ν 129 ὅτε με βροτοὶ οὔτι τίουσιν Φαίηκες, ubi βροτοὶ voce magis propriæ significationis Φαίηκες repetitur. Multa hujus generis sunt apud Herodotum: 6. 9 σὺλλέξαντες τοὺς τεράνους οἱ — τούτων ἀνδρῶν τοὺς παρεόντας συγκαλέσαντες; 9. 25 τούτο δὲ Ἀργείους τοὺς μετὰ Πολυνείκεος — ἀνέλεσθαι τε τοὺς νεκρούς (quod idem est atque τῶν Ἀργείων τοὺς κατατεθνήκτας); 8. 68 αὐτοὺς — τοὺς ἐκείθεν αὐτῶν ἔκοντας; 8. 83 καὶ οἱ ποιησάμενοι — προηγόρευε Θεμιστοκλῆς¹⁾.

Contra voce alia latius patenti iteratur 6. 13; 2. 13 cf. Hom. N 795.

Alia exempla, ubi nomen in fronte sententiæ positum, in apodosi iteratur, sunt Hom. Π 430; P 742-746; E 537; Π 56-58 Υ 272-278; Her. 6. 127 Φεῖδωνος τοῦ Ἀργείων τυράννου — τούτου τε δὴ παῖς cf. A 122-127 αὐτὰρ ὁ Πείσανδρον τε καὶ Ἰππόλοχον — νείας Ἀντιμάχοιο — τοῦπερ δὴ δύο παῖδε, ita σ 127-128 cet. Her. 5. 99 Ἀρισταγόρης δὲ — ἐπειδὴ οἱ τε Ἀθηναῖοι ἀπικέατο — ἐποιέετο τὴν στρατηγὴν ὁ Ἀρισταγόρης. Multa alia sunt exempla, sed hæc sufficiant.

Necessaria autem hæc epanalepsis fit, quum quæ protasis locum tenent secundaria non sunt, sed solute inseruntur. Nam membris ita fractis, quod primo loco ponitur, id, quia abruptum est atque ab enuntiatione quo pertinet interclusum, post parenthesis necessaria epanalepsi redintegratur. Π 401-404 ὁ δὲ Θεστορα — ὁ μὲν ἦστο ἀλεις — ὁ δὲ νύξε παραστάς, ubi apertum est, si scriptum fuisset ὅς ἦστο

⁹⁾ Bernh. l. c. p. 55. Matth. l. c. 432. cf. 433.

¹⁾ Cf. p. 27.

αλείς, epanalepsi opus non futurum fuisse; ita Y 463 sqq.; φ 27-29; O 262-268; A 580. Huc referri posse videtur Her. 8. 176 τοῦτο μὲν τὸ Ἀρτεμίσιον, ἐκ τοῦ πελάγεος τοῦ Θρηκίου ἐξ εὐρέως συνάγεται ἐς στεινὸν ἔόντα τὸν πόρον — ἐκ δὲ τοῦ στεινοῦ τῆς Εὐβοίης ἤδη Ἀρτεμίσιον δέκεται αἰγιαλός. De hoc loco ad explicandum difficili copiose disserenti (l. c. p. 10) Melandro prorsus adsentior Ἀρτεμίσιον referendum esse ad membrum posterius. Atque mihi quidem epanalepsis hujus loci inde orta videtur, quod ἐκ τοῦ πελάγεος cet. ponuntur quasi parenthesis, quæ quidem epanalepsis, si illa subjungerentur, necessaria non esset. Quæ structura haud rara est neque apud Homerum neque apud Herodotum, qui adjunctis membris orationem sæpe continuant, ubi posteriores ex secundariis et primariis partibus sententias componunt, sed longum est hoc exemplis illustrare atque a proposito nostro alienum.

Contra epici sermonis proprium est quod articulus in prima enuntiatione positus exeunte enuntiatione repetitur nomine sæpius proprio, rarius appellativo. Ubi et Thiersch. (l. c. § 284, 17) et alii adjecto scilicet interpretantes, epexegesis inesse statuunt. Sed mihi quidem hoc videtur potius ad epanalepsin pertinere. Epexegesis enim ea est vis et natura, ut pronomen vel alia locutio non ad superiora referatur sed ad ea quæ sequuntur et illa ante indicet, quo animi eorum qui legunt vel audiunt illuc advertantur. Articulus autem locis, de quibus nunc disputamus, aliquid jam commemoratum vel cognitum magis respicit quam id quod infra est. Ferraro ad rem ante non commemoratam refertur, cujus exemplum singulare est ε 69 ἡ δ' αὐτοῦ τετάνυστο ἡμερὶς ἡβιώσσα. Deinde si quis illos locos quasi adjecto scilicet explicare instituat, haud scio an hoc molestius sit atque ab epica arte abhorreat. Hoc enim poëtæ epici est proprium, ut res narratæ quasi ante oculos versentur. Quamobrem non modo de re cognita, sed etiam

ubi substantivum supra positum non respicit, pronomine solo utitur; ut κείνος γ 195 de Oreste cujus supra nulla mentio facta est, cf. β 429; γ 5; 157; multa alia. Atque apparet hoc esse epicæ ubertatis et ardoris poëtæ, qui hac re id consecutus est ut sententia plenius sonaret et significantius diceretur. Quamobrem consentaneum est, apud Herodotum, qui tenui utitur scribendi genere, perpauca hujus rei vestigia apparere. Unum exemplum 2, 86, 2 affert Kr. Di. 50, 3. 2. Cui addi potest Her. 3, 129 ἔχοντι δὲ οἱ φλαύρωσ ἀγγέλλει τῇ Δ. ρείῳ. Huc haud scio an referri possit ε 48 τοὺς δ' αὐτε καὶ ἐπιπόοντας. Articulus ponitur cum particulis δὲ μὲν ἀντάρ γέ cf. ε 93; 229; 386, sed hoc notissimum est. Ambiguum est μ 425, ubi si ἐπί adverbium est (cf. v 427) τοῖς ad ἀνέμοις est referendum. Ut articulus ita pronomina personalia vel demonstrativa ponuntur, ut κείνος γε μ 69-70 οὗτος ε 229, atque adverbia demonstrativa (cf. Am. add. crit. ad θ 8; ι 21) ut I 458 ἔνθα — πατρός χωριμένιο. Sed non est quod hac in remoremur, quum ab aliis jam varie tractata sit.

Jam vero quum multis verbis insertis orationis cursus impeditior esset, nisi priora retractarentur, addito demonstrativo redintegratur enuntiatio vel participium vel infinitivus. Sed hæc res quum apud utrumque ut apud ceteros græcos scriptores sit pervulgatissima atque ab aliis ut a Wendtio²⁾ tractata, liceat nobis hanc totam quæstionem omittere. Id vero satis erit commemorare, quum in ceteris repetitionibus, ubi demonstrativa ponuntur tum in hac epanalepsi vim demonstrativam addita particula δὴ sæpissime auctam esse ut Z 398; B 280; α 74, Her. 1, 45; 2, 124; 6, 42 127.

Sæpius hac in commentatiuncula in rationem quæ est inter protasin et apodosin incidimus. Atque jam a

²⁾ In programme supra laudato quod est de oratione Herodoti.

nobis commemoratum est, Homerum et Herodotum sententiæ membra ita jungere solere, ut non solum in protasi sed etiam in apodosi quo teneantur nexu significetur. Ad hanc igitur rem diligentius considerandam nos transferemus.

Atque primum quidem protasis in apodosi comprehenditur participio ³⁾: μ 3-5 *αὐτὰρ ἐπεὶ λίπεν νῆος ἀπὸ δ' ἕκαστο κῆμα θαλάσσης — νῆα μὲν ἔντιθ' ἐλθόντες ἐκέλευσαν*; *I* 555; *B* 684-693; α 114-118; 360-362; δ 189; θ 2-3; τ 370-372 sæpius. Her. 41. 21; 6, 59 *ἐπεὶ ἄλλος ἐνίστη — οὔτως ὁ εἰσιῶν ἐλευθεροῖ*; 132; 4, 122 cet. Jam vero in prima apodosi ponitur particula qua quasi nota apodosi insigniatur. Sed eadem comprehensio fit protasis aut saltem iterata significatio rationis qua protasis cum apodosi cohæret, quæque jam enuntiatione præcedenti secundaria indicatur.

Quamobrem hoc ad epanalepsin referre haud dubitaverim.

Minus accurate Krueger dixit (Gr. Di. 65, 9) Homerum, ut atticos, apodosin voce notare non solitum esse. Nam facile est videre longe plurimis locis notam poni apodosi. Sed Herodotus quia nexus verborum magis variat pluribus quam Homerus ita utitur particulis. Atque Herodotus ut ipsa structura ad Homerum ita particulis adhibitis ad atticos propius accedit. Ut *οὕτω δὴ* post enuntiationem temporalem apud Homerum non ponitur ut apud Herodotum et atticos. Contra eo modo quo apud illos *τότε δὴ* (item *καὶ τότε δὴ*), sæpiissime, *ἐπεὶ δὴ* — *ἦνθ' ἔθεν* (ω 71-72), *ἔνθα* adhibet. Sed ceteris adverbis demonstrativis *ἐνταῦθα*, *ἐντεῦθεν*, aliis non utitur. Deinde ab Homero aliena est consuetudo *ὄν* in apodosi ponendi, pro qua utitur *ἄρα* et *ῥά* ut π 60, ρ 90, σ 428; δ' *ἄρα* ζ 100. λ 35, σ 62, et post participium quod protasis locum

³⁾ Cf. Wendt. l. c. p. 8, aliquid de hac re Kr. 1, 65, 9, 2.

obtinet *ῥά*, α 441, ν 380, ρ 604, τ 447-468, *B* 310, *A* 744, *M* 299, *X* 400, Ψ 687, minus sæpe *ἄρα*, τ 417, *A* 68. *Δέ* in apodosi poni cum pronomibus demonstrativis jam vidimus. Additur etiam particulis demonstrativis ut *A* 221 *ἄρα* — *τόρα δέ*, cf. Kr. Di. 65. 9. 2. Sunt etiam loci, ubi *δέ* demonstrativo non adjectum apodosin notet: Her. 4. 76 *ὁ δὲ Ἀνάχαρις ἐπεὶτε ἐκομίζετο πλέον δὲ προσίσχει* 4. 72 *ἐπεὶ νεκροῦ ἐκάστω — ξύλον ὄρθον διελάσσει — κάτωθεν δὲ ὑπερέχει*, quod latine expressit Lhardyus; jam ab imo pars hujus ligni eminet; 5. 8 *ἐπεὶ δὲ θάπτονται — χῶμα δὲ χέαντες προτιθεῖσι*, Kr. illo loco cujus mentio supra facta est, dicit *δέ* hic nihil esse, nisi *δὴ* attenuatum. Atque interdum cum *δὴ* commutatur in codd. ut Her. 7. 10 et 7. 157 ubi in codice Vind. est *δὴ*, in ceteris codd. *δέ*, quod Schweighauser cum stylo Herodoti melius convenire putat. Certe utrumque sermonis Herodotei est. Sed tamen eodem modo explicari non potest. Nam sit *δέ* ex *δὴ* sono attenuato ortum, apud scriptores qui quidem hodie exstant in hac particula semper inest vis adversativa, ut ea jam aliquid opponatur, jam distinguatur ab alia re. Ut quum quis alium alloquitur: 7. 141 *ὦ θεῖη Σάλαμις δὲ ἀπολεῖς*, *σύ* vel 1. 115 *ὦ δέσποτα, ἐγὼ δὲ τοῦτο ἐποίησα σὺν δίκῃ*, ubi Ab. *δέ* non recte voluit remotum, his locis eo pertinet, ut quæ quis dicat ab ipsa allocutione distinguantur. Deinde quum ponitur in epanalepsi præsertim ad verba remotiora redintegrandam, quod jam observatum est ab Aristonico, cujus præceptum recepit Eustathius (Ameisii additament. crit. ad μ . 356, quocum conferas quæ sunt ap. Krueg. ad Thuc. 8, 21. et Gr. Gr. Di. 63. 17. 2 et 50. 11), et ejus rei exempla sunt μ 356, τ 576, *B* 114, α 160-166, φ 29, ρ 319, σ 220, ψ 298, Her. 1. 29; 64; 182; 2. 134; 4. 53; 5. 91; 6. 52; 7. 80; 95; 226 cet., quum igitur ita ponitur hoc eo consilio fieri videtur, ut verba redintegrata melius ab insertis distinguantur atque separatim sig-

nificentur. Porro comparemus simillimum usum particula-
rum quæ sunt *ἀλλά* et *αὐτὰρ* ut *A* 133-134 ἢ ἐθέλεις ὄφρ'
αὐτὸς ἔχης γέρας αὐτὰρ ἐμ' αὐτὸν ἵσθαι δευόμενον, ubi αὐ-
τὰρ minus aptum est ad ἐθέλεις et ponitur quasi scriptum
sit αὐτὸς μὲν ἔχειν γέρας, quo factum est, ut quemadmodum
δὲ in apodosi posito protasis ab illa, ita h. l. infinitivus ab
enuntiatione quæ incipit ab ὄφρα quodammodo divelleretur; et
Her. 9. 93 καὶ οὐ γὰρ ἔλαθε — ταῦτα γενόμενα, ἀλλ' ὡς
ἐπίθοντο, ubi insolentius ponitur post γὰρ, et 9. 42 ἐπειδὴ
τοῖνον — ἀλλ' ἐγὼ ἐρέω.

His omnibus adducimur ut arbitremur δὲ in apodosi
semper adversativam vim habere atque hoc esse residuum
illius ætatis qua plurima soluta ponebantur et, nondum ar-
tificiosa verborum comprehensione inventa, oratio adjunctis
potissimum membris continuabatur, Quæ cum ita sint,
longe diversa est hæc particula a particula δὴ, neque quum
in apodosi ponitur, hoc ad epanalepsin referendum est.

Videatur fortasse opus non fuisse me hac in re commo-
rari, sed tamen, quum de particulis in apodosi positis dis-
putare instituissem, hunc locum intactum relinquere nolui.

Jam singula inspiciamus.

Quæ particulæ protasin respiciunt temporalem, hæc sunt;
τότε: Herodot. 1. 96 πυνθανόμενοι — τότε ἄσμενοι ἐφοί-
τεον ἐπεὶ — τότε 2. 14. Cf. 2. 150; 3. 21; 36; 153; 4. 110;
5. 18; 104; 6. 19; 139; 7. 10 III; 77; 9. 73. Ita τότε post
μετά cum subst. 6. 132 μετὰ δὲ τὸ ἐν τῷ Μαραθῶνι τρωμα
Μιλτιάδης καὶ πρότερον εὐδοκιμίων τότε μᾶλλον αὔξετο.
Τότε h. l., ut haud paucis, quum præcedit καὶ πρότερον.
Τότε ὦν: 1. 182 ἐπεὶ δὲ γένηται — τότε ὦν. Τότε δὴ:
ὅταν προτανήμια λευκὰ γένηται τότε δὴ φράσασθαι; Her. 3.
57 δ 514-515 ἀλλ' ὅτε — τότε δὴ⁵). Δὴ τότε: αὐτὰρ ἐπεὶ —

⁵) Plat. Gorg. 527 δ τότε ἤδη post participium "Sic pas-
sim τότε δε τότε δὴ, τοτ' ἤδη post participia inseruntur" Stallb.

δὴ τότε δ 68-69; 428-430; 541-542 cet. Καὶ δὴ καὶ τότε:
ἐπεὶ δὲ — καὶ δὴ καὶ τότε 7. 1. Ἦδη: ὡς δὲ ταῦτα ἐπεπ-
τώκεε — ἤδη ἐγένετο μάχη ἰσχυρή 9. 62. Καὶ δὴ; ἐπεὶ
τε ἐξεμάθετε — καὶ δὴ — τῶν Ἀθηναίων οὐδένα λόγον
ποιέεσθε 9. 7 II; πρὶν γὰρ ἢ — καὶ δὴ 9. 48; ἀλλ' ὅτε
δὴ — καὶ δὴ μ 329-330. Cf. ε 288, ubi sententia postu-
lat, ut fere idem atque ἤδη sonet. Falso igitur Krueger
(Di. 69. 18. 1.) "nicht vorkommen bei ihm die bei den
Attikern gewöhnlichen Verbindungen καὶ δὴ für ἤδη" cet.
Καὶ τότε: ἀλλ' ὅτε — καὶ τότε ε 400-405; Cf. β 388-389
δώσετο τ' ἥλιος καὶ σκυῖωντό τε πᾶσαι ἀγριαὶ καὶ τότε, ita
et δ 588-589. Hinc apparet, unde ortum sit καὶ τότε in
apodosi, cf. Thiersch p. 643 et Kr. 2. 65. 9. 1. τόφρα: ε
424-425 εἶος — τόφρα δε, μ 327-328 εἶος — τόφρα. ἔπειτα:
ἐπὶν δὴ — καὶ τότε ἔπειτα β 414-415; Her. 4. 72 σίψαν-
τες — καιαπήξαντες — ἔπειτα⁵). Apud Her. solum: ἐν-
θαῦτα: 1. 6. Ἰππίεω νικήσαντες — ἐνθαῦτα ἤγειρον, vel
verbo postpositum 6. 4 τοῦτων γενομένων — φανερώς ἀπέκ-
τεινε ἐνθαῦτα, cf. 1. 80; 82; 84; 2. 68; 160; 3. 11; 4. 89;
97; 5. 34. ἐνθαῦτα δὴ: ὡς δὲ ἀπέδειξε — ἐνθαῦτα δὴ, 3.
134; 5. 92 VII; 3. 128; 4. 123; 6. 13; 62 cet. Τηρικαῦ-
τα: ἕως μὲν εἴη — τηρικαῦτα ἐπεβάλλετο 1. 17; 9. 44 ἐν-
θεῦτεν: 7. 122; 123. Τὸ ἐνθεῦτεν: 1. 162; 3; 98 ἐπεὶ
δὲ φλοῦν ἀμύσσονται — τὸ ἐνθεῦτεν φορμῶν τρόπον καια-
πλέξαντες; 5. 116; 6. 104; 7. 146 cet. Ἐνθεῦτεν ἤδη: 7.
129; 9. 102. Ἐν τούτῳ: 1. 186; 3. 19; 150; 9. 19. Μέχρι
τούτου: 3. 31. Μετὰ τοῦτο: 8. 71. Μετὰ ταῦτα: 5. 55;
84; 9. 93; 8. 136; 7. 40; 8. 25. Ἀπὸ τούτου: 2. 2; 8. 44.

⁵) Ita apud Latinos inde, Liv. 1. 59. 12. Ipse juniori-
bus lectis inde adversus regem est profectus cf. 23. 23. 5 et
adu. Weissenb. ad 22. 30. 1.

Hoc loco fortasse observandum est εἶτα in apodosi non
poni apud Herodotum, cf. Kr. 56. 10. 3.

Τὸ ἀπὸ τούτου: ἐπισχόντες δὲ — τὸ ἀπὸ τούτου. Ἐν τούτῳ δὴ τῷ καιρῷ 5. 97; 8. 87. Ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ 9. 56. πρὸς ταῦτα: 1. 156; 5. 124. Δεύτερα: 5. 38 κελύσας — δεύτερα: 5. 38; 7. 136 ὡς δὲ ἀπειμαχέσαντο — δεύτερα: 3. 135. Δεύτερα δὴ: 9. 99 (in nonnullis codd. abest δὴ, unus præbet δέ). Ὡν — οὔτω: 2. 87 Ἐπεὶ δὲ — ἀπ' ὧν ἔδωκαν οὔτω τὸν νεκρὸν. Οὔτω δὴ τότε 6. 36.

Enuntiationem causalem respicit κατὰ τοῦτο: 2. 169 πλήθει δὲ πολλῶν ἐλάσσονες ἴοντες κατὰ τοῦτο ἐσώθησαν.

Vel temporalem vel causalem enuntiationem respiciunt hæ particulae: δὴ: 1. 60 ἐνδεξάμενοι — μηχανέονται δὴ; 8. 18 τρηχέως δὲ περιερθέντες — δρασηδὸν δὴ ἐβούλεον 5. 92; 9. 111 cet. Οὔτω δὴ: ὡς δὲ — οὔτω δὴ; 1. 94; 1. 190; 2. 2; 1. 173. Post participium 1. 5 (de qua re Ab. in adn. ad h. l.). Causale 7. 158 — νῦν δὲ ἐπειδὴ — οὔτω δὴ. Eodem modo in membris pari gradu positis coherentiam et consequentiam quandam inter duas res esse indicat, ut γ 45 ἐσώθησαν καὶ οὔτω δὴ ἔπλεον. Οὔτω sæpissime ubi est idem subjectum participii vel enuntiationis secundariæ quod apodosis: ἐπεὶ δὲ ἀθροίσωσιν — οὔτω 4. 195; 6. 1; 7. 2; 119. Frequentissima est hæ particula ubi præcedit participium quo ratio rei faciendæ continetur, ut 4. 183; 5. 119; 3. 110 τὰ δὴ ἀπαμύνοντες ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν οὔτω δρέπειν τὴν κασίην (cf. 4. 168 ἀντιδάνει καὶ οὔτω ρίπτει)⁶). Hoc loco commemorare liceat enuntiatum cum ὅτι hæc etiam particula breviter comprehendī, cujus rei exemplum est 7. 137 ὅτι μὲν γὰρ κατέσκηψε — τὸ δίκαιον οὔτω ἔφερε; simile est 5. 22. Ἐλλήνας δὲ εἶναι τοίτους — αὐτὸς τε οὔτω τιγχανὼ ἐπιστάμενος. Ὡν præsertim ponitur post aoristum empiricum quem dicunt: ἐπεὶ δὲ ἐψήγη τὰ κρέα ἐποπάσας — ἐπὶ ταύτης ἔθιγε ὧν 1. 132; 7. 10; 1. 194; 1. 88; 2. 87; 5. 124. Cf. p. 23.

⁶) Cf. Dem. περὶ στεφ. § 7.

Apud Homerum est ἄρα vel ῥά de quo usu supra mentionem fecimus. Sed hoc non opus est exemplis illustrare, quum fere omnibus versibus hujus rei exempla reperiantur. Huic rei proximum est commemorare particulas, quæ post protasin concessivam ponuntur. Sunt autem hæc: ἔμπης: Hom. β 199-201, δ 100, ν 326, ubi videmus hanc particulam post participium poni cui adjectum est καὶ vel πέρ, ut τ 356, ἢ σε πόδας νίψει ὀλιγητελέουσά περ, ἔμπης, ubi mihi minus placet Dindorfium non interpungentem verba, quæ sunt ὀλιγητελέουσά περ, ἔμπης, conjuncta posuisse. Sententia enim postulare videtur, ut πέρ ad participium, ἔμπης ad verbum finitum referatur. Præterea observandum est hoc in extremo versu semper fieri, ut σ 165, I 518, O 399, P 229. Contra nullo præcedente πέρ: ἔμπης, πάντας ὀδυρόμενος δ 100, cf. Her. 5. 63 ὅμως, καὶ ξείνοις σφι ἴοντας μάλιστα. Apud Herodotum est ὅμως: I, 79 ἐς ἀπορίην πολλὴν ἀπιγμένως — ὅμως ἐξήγγε; VIII. 124 cet. 3. 15 ἦν καὶ ἀποστίωσι — ὅμως. Ut apud Homerum ἔμπης, ubi in protasi est πέρ vel καὶ, ita apud Herodotum hæc particula ponitur, post καίπερ ut III 51: καίπερ δειμαίνοντες ὅμως ἐδέκοντο. Fit etiam, ut protasin conditionalem particula in apodosis respiciat, ut Her. IX. 60 εἰ μὲν πρὸς ἡμέας ὤρμησε χοῖν δὴ ἡμέας βρωδέειν; I. 92 εἴτε δὴ ὧν ἄλλος ὑπεθήγατο εἴτε καὶ αὐτὸς ἔμαθε, ἐποίησε δὴ; IX. 48 εἴαν μὲν δοκέη, οἱ δ' ὧν — μαχέσθων.

Antequam relinquamus id genus epanalepsis, quod in enuntiatione positum est, mentionem faciamus de una epanalepsi Herodotea. Nam quum inserta sunt verba, quibus indicatur rem in dubitationem vocari vel ambiguam esse, priora retractantur, quo melius intelligamus quid certum affirmetur. Hæc epanalepsis notatur locutione δ' ὧν vel δέ μέντοι 3. 86 καὶ ἐλέχθησαν λόγοι ἀπίστοι μὲν ἐνίοισι Ἑλλήνων, ἐλέχθησαν δ' ὧν, cujus δὲ explicandum est quemadmodum δέ

4. 187 οἱ γὰρ δὴ τῶν Αἰθίων νομάδες, εἰ μὲν πάντες οὐκ ἔχω ἀτρεκέως; τοῦτο λέγειν, ποιέουσι δὲ αὐτῶν συγχοί τάδε, hac enim particula verba iterata insertis opponuntur; ita 3. 122 Πολυκράτης γὰρ ἐστὶ πρῶτος τῶν ἡμεῖς ἴδμεν — ὅς θάλασσοκρατεῖν — πάρεξ Μίνω τε — καὶ εἰ δὴ τις ἄλλος — τῆς δὲ ἀνθρωπίνης λεγομένης γενεῆς Πολυκρ. ἐστὶ πρῶτος, cf. 6. 82; 2. 40; 1. 86; 9. 84 ὑπ' ὅτεω οὐκ ἔχω εἰπεῖν — ὅστις μέντοι ἦν αὐτῶν ὁ ὑπελόμενος. — Non ejusdem generis est 5. 50 χρεῶν γὰρ μιν μὴ λέγειν — λέγει δ' ὧν τριῶν μιν ὧν φὰς εἶναι τῆν διέξοδον; hic ut alibi ὧν post γὰρ adhibetur, δὲ autem cum anacolutho quasi scriptum sit χρεῶν μιν μὴ λέγειν, λέγει δέ. Huic proxima est epanalepsis, qua, excepta aliqua re, cetera iterantur: 4. 53. Βορυσθένης ὅς ἐστι — πολυαρκίστατος πλὴν τοῦ Νείλου — τῶν δὲ λοιπῶν Β. ἐστὶ πολυαρκίστατος; 3. 122; 7. 95; 8. 67.

Postremum particularum usum epanalepticum breviter attingamus. Jam spatium nobis non est disputandi de particulis in eadem enuntiatione vel sententia repetitis ubi ad suam quæque notionem refertur ut β 274-275 et Lhardy ad Her. IV. 125. Her. 1. 194 ἐπεὶ ὧν ἀπίονται, ἀπ' ὧν ἐκίρηνξαν; apud Homerum sæpe ita δὴ, τέ, ἄρα, τούνεκα (v 262 et 265), περ (A 352-353).

Quum apud ceteros Græcos scriptores tum apud Homerum et Herodotum negandi particulae in eadem sententia repetuntur ita, tamen, ut negatis singulis, universa negatio confirmetur. Ut β 379-380 οὐδέτι — οὐδ' ἡβαιόν, idem 386; Γ 442-443; ε 211 et Α 114 οὐ μὲν θῆν χερσίων — οὐ δέμας οὐδ' ἐφίην; οὐ γὰρ — οὐδ' εἰ — οὐδ' εἰ — δ 223-225, 292-293. I. 385-386 οὐδ' εἰ μο τόσα δοίη οὐδέ κεν ὄς, cet. οὐδ' ἐ γὰρ οὐδέ Her. 4. 15, οὐδ' ὧν οὐδέ 2. 134, οὐ μὲν οὐδέ 4. 205 (Kr. 2. 68. 44. 2), minus sæpe οὐ μέντοι οὐδέ 2. 142. Apud Homerum οὐδ' ἐ μὲν οὐδέ M 212, de quo cf. Am. ad B 703 et γ 29. In quibus locutionibus pusterius οὐδέ ad unam notionem, prius οὐ vel οὐδέ

ad totam enuntiationem negandam videtur pertinere. Vera epanalepsis est γ 27-28 οὐ γὰρ οἴω οὐ σε θεῶν ἀέκητι γενέσθαι, ubi est singularis ordo negationum, quæ ad eandem vocem relatæ, altera ante, altera post ponuntur. Her. 7. 101 οὐ γὰρ — οὐδ' εἰ πάντες — οὐκ ἀξιόμαχοί εἰσι; Ψ 43-44; cf. Thiersch 301. 1. Cum anacolutho 1. 109 οὐ τῆ ἐνεέλλετο Ἀστυάγης οὐδ' εἰ παραφρονήσει — οὐ οἱ ἐγωγε προςθήσομαι τῆ γνώμη, ubi siritte procederet sententia, hæc fere scripta essent: ταύτη ἐστὶ μοι ἐν νόῳ ποιέειν.

Μέν et δέ iterantur in membris adjunctis, ut μέν — μέν — δέ — δέ 1. 171; μέν — — δέ — — 7. 188; μέν — δέ — δέ — — 7. 160; μέν — — δέ — δέ 1. 196. Omnibus his locis structura cum prima forma commutari potest. Deinde cum epanalepsi hæc ¹⁾ structuræ occurrunt 4. 165 ἡ δὲ μήτιρ Φ., τέως μὲν, — ἡ δὲ εἴχε 1. 163; 7. 95 — 3. 108 τοῦτο μὲν ὅτι ὁ λαγῶς — τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτό ἐστι, ἡ δὲ λέαινα κτέ, — 3. 74 ὁ δὲ, τῶν μὲν ἐκείνοι προσεδέοντο αὐτοῦ, τούτων μὲν ἐκῶν ἐπελήθητο, ἀρξάμενος δέ. Quæ leviter attigisse volui, præsertim quum Herodotus hac in re cum atticis fere congruat. Homerus, qui est magis concisus sententiis atque a longis et ex duplicatis membris compositis structuris abhorret, his repetitionibus non utitur. Particula autem ἄν apud Herodotum eodem modo quo apud Atticos redundat, 1. 191; 2. 26 (cf. Kr. 1. 69. 8. Breitenb. ad Xen. Mem. 2. 53). Apud Homerum nusquam ἄν, κεν semel iteratur in eadem enuntiatione δ 733 (ita codd. ρ 223-228, ubi Beckerum primum γ' εἰ pro τόν κ' εἰ edidisse dicit Am. add. crit. ad h. l.) ἄν — κέν ε 361 cf. Kr. 2. 69. 8. 3. Thiersch 336 (p. 646). κέν — ἄν β 76; 246-249; 218 sæpius.

Ἄρα redundat ρ 466 π 213 σ 110.



¹⁾ Cf. Plat. Gorg. 512. A, Apol. 28 C.

Apud Herodotum hæc denique epanalepsis notanda est:
ὄτι — ὄς in eadem enuntiatione: 3. 71, *ὄτι, ἦν — ὄς —*
8. 76 *ὄς — ἴνα*, 1. 209 *ὄκως, ἐπειὴν — ὄς — **).

*) Apud Latinos, etiam similia reperta sunt ut Cic. Brut.
10. 39. Brix ad Plaut. Stich. 570 (in "Fleckeisens neue Jahrbücher" 1870, 11), qui plura exempla quum hujus rei tum negationum apud Plautum abundantium (neque — numquam et alia similia) collegit.







COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARY
0021123870

